Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

~~[illegible]~~
~~D.96~~
KW 224
D 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5



DE REGNO
DANIÆ ET NORWEGIÆ,
Inſulisq; adjacentibus: juxtà
ac
DE HOLSATIA, DVCATV SLESWICENSI,
et finitimis provincijs,
Tractatus varij.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex officina Elzeviriana.
CIↃ IↃC XXIX.
Cum Privilegio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Perilluſtris & Magnifici Herois

Dn. CHRISTIANI FRIIS, Domini in Kragerup, Equitis Aurati, Regiæ Majeſtatis Danorum Cancellarii magni FILIO

Dn. CHRISTIANO FRIIS, Generoſæ indolis & optimæ ſpei adoleſcenti,

S. P.

MAgni intereſt Regum ac Principum, ne ſitus & amplitudinem regionum, in quas ſupremi Numinis arbitrio imperium ſortiti ſunt, penitus inexploratam iacere ſinant atque incognitam.

Principio etenim non parvi eſt res momenti, exacte ſcire, quam late pateant fines ditionis ſuæ ac territorii; quodve ius illis defen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

dendis prætendere poſſint, ſi quando hac in parte lis aliqua exorta fuerit. Iubet quippe ſanctus Iuſtitiæ rigor, unumquemque intra terminos ambitumque proprii dominii ſe continere, nec vicinorum latifundiis ſive vi, ſive dolo malo inhiare. Nam ob fines iniurioſe laceſſitos atrociſſimis inter ſe bellis multa quondam regna populosque conflixiſſe, abunde nos variæ Hiſtoricorum monumenta edocere poterunt. Hinc ex omni memoria ætatum temporumque certis quibusdam limitibus circumſcribebantur undique ſecus gentes & nationes: qui partim naturali ſigno conſtabant, utpote fonte, flumine, ſylva, monte, ſaxorumve congerie: partim rebus manu fabrefactis, ut ſtatua, columna, ponte, ædificiis, & id genus aliis. Atque inde GROMATICÆ *artis honos profluxit, de qua paſſim authores finium regundo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

gundorum. Sic Rex Daniæ Hemmingus, *cum Imperatore* Ludovico *pacem faciens* Egdoram *fluvium regni ſui terminum accepit: teſte Adamo Bremenſi Hiſt. Eccl. c.* XIII. *Id ipſum quoque Romanis rerum dominis olim curæ fuit, qui ſubiugatum virtute ſua orbem totum qua terra protenditur proprio limite ſignaverunt; ut tradit vetus Coſmographus* Æthicus. *Eiuſmodi provinciarum limites* Ius Publicum MARCHIAS *nominat; qualis eſt* Marchia Brandeburgenſis, Marchia Stiriæ, Marchia Moraviæ, Marchia Badenſis: *unde* MARCHIONES *dicti, hoc eſt, Præfecti limitanei.*

Deinde quis Principum adeo ſecure aut negligenter agere ſuſtineat, ut terras ſuas plane nudas & idoneis munimentis defectas hoſtilibus irruptionibus exponere nihil penſi habeat? Nonne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

videre eſt quemlibet patremfamilias limina ædium ſuarum repagulis, ſeris, vectibus adverſus vim externam obfirmare: & cur ille, cuius in ſinu omnium ſalus recumbit, fortunas ſubditorum incendiis & rapinis ſua imprudentia obnoxias redderet? Quocirca indefeſſo ſtudio inquirere convenit, quodnam loci ingenium aptum ſit ad arces exſtruendas, ad erigenda propugnacula, ad civitates condendas, ad caſtra metanda: quinam maris ſinus à natura ſint facti ad tutiora navium receptacula, & conſentanea præſidia. Hanc vigilantiæ laudem iure Annales noſtri tribuunt rari exempli fœminæ THYRÆ DANEBOD, reginæ Daniæ, quæ contra Saxonum impetus, quantum à Slesvico ad Occidentalem Oceanum patet, vallo foſſaq; proſcindere aggreſſa eſt. Cui poſtea Valdemarus Rex & Abſolon Epiſcopus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

pus coctos lateres ſuperſtruxerunt, reficientes nova ſtructura lapſus veteris valli. Ita & priſcis ſeculis hinc inde in Dania ad propulſandas piratarum incurſiones firmiſſimæ ſunt ædificatæ arces, ut in Selandia Caalundburgum, Vardingburgum, Stegelburgum, *ubi nunc Regia ſedes Hafnienſis.*

Porro quia ex ſoli natura plerumque divitias & cenſus regnorum æſtimare ſolemus: diligentem inire rationem oportet, quas potiſſimum provincias divina benedictio vel agrorum fertilitate, vel ferarum & animalium fœcunditate, vel denique piſcoſis undarum fluentis præ aliis beaverit: ut inde vires & facultates incolarum facilius expendi, & ad illarum normam vectigalia recte riteque conſtitui queant. Boni enim paſtoris eſt, tondere pecus, non deglubere; *aiebat*

 quon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

quendam Tiberius Imperator. Accedit huc, quod mores & ingenia hominum, quibus ſumma cum poteſtate præſunt Principes ac Magnates, probe erunt cognoſcenda & ad unguem exploranda: præſertim hoc nomine, ut eo commodius in certas Ordinum claſſes diſtinguantur & diſtribuantur. Sunt qui ad militiam gerendam naturali inclinatione aguntur, alii ad exercenda mercimonia, nonnulli ad artes manuarias tractandas, multi ad liberalia ſtudia Muſasque excolendas; nec voto vivitur uno. Et vero tam concors diſcordia optimam Reipublicæ formam conſtituit, qua nihil in mortali hac vita optare licet beatius.

Hæc & his ſimilia, (de quibus vel facundiſſimo cuivis latiſſimus dicendi campus aperiretur) florente Republica Romana, Imperatores per Præſides & Præfectos

ſuos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſuos provinciales perpetuis litera-rum monumentis conſignari cu-rabant: cuiuſmodi Rationaria Imperii, *&* Noticias Provinciarum *appellare conſueverant. Et penes me eſt codex membraneus circa annum Domini* CIↃ-CCXXI *deſcriptus: qui annuos proventus omnium præfecturarum & provinciarum totius Daniæ, cum brevi earundem deſcriptione, & aliis Antiquitatibus complectitur: quem olim, ſi fata maiores in luce moras conceſſerint, publici iuris facere decrevi.*

Huius etiam argumenti conſortionem merito ſibi vendicat præſens hæc diverſorum Tractatuum Ogdoas: *qui licet antehac doctorum virorum opera in lucem prodierunt; tamen quum diligentiſſimi Typographorum* ELZEVIRII *ſæpius mihi indicarent, ſe, quemadmodum hactenus va-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

riarum gentium Reſpublicas minuta ac portatili forma edidiſſent; ita & idipſum in Republica DANIÆ *excudenda præſtare conſtituiſſe: illorum in gratiam denuo hos Authores, ſed iunctim ac uno nunc faſce collectos, in manus reſumpſi, &, aliis non ſuppetentibus documentis, iterato prælo dignos iudicavi. Sed in conſilium prius adhibui Clariſſimum Virum & Hiſtoriographum eminentiſſimum* D. D. IOHANNEM ISACIVM PONTANVM, (*cuius in amicitiam me receptum eſſe, non in extrema parte felicitatis pono) qui conatum hunc noſtrum ſuo calculo approbavit, & meæ diligentiæ totum negotium, cui ipſe, ſummis occupationibus, ac gentis præſertim noſtræ conſtituenda hiſtoria, ipſi à regia Maieſtate demandata, diſtrictus, præeſſe non poterat, unice commiſit. Clathros itaque iam tandem perrumpit*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

umpit Noticia Borealium Re-norum, & auguſtiſſimæ lite-ariæ Reipublicæ theatro ſe com-nendat, utinam ſecundis au-biciis!

Tuum vero nomen, Genero-e Adoleſcens, exiguo huic En-hiridio præſcribere voluimus, quem nunc pridem fando inau-livimus præter ſtudia linguarum rtiumque, quibus ætatis matu-ritatem longiſſime præcurris, Hi-ſtoriarum quoque cognitioni te-nellam animi mentem ſubinde aſſuefacere: quæ certe res eſt pul-cherrima, utiliſſima, & neceſſa-ia. Hiſtoria etenim theſaurus eſt perpetuus, & præclarum vitæ humanæ ſpeculum, exemplar boni prudentiſque conſilii, multorum intellectus, & conferta ſeu accu-mulata ſapientia: quemadmodum eleganter eam deſcribunt anteſi-gnani Hiſtoricorum Thucydides, Plutarchus, Tullius, & Theolo-

gus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

gus celebratiſſimus Nazianzenus. Neque dubium eſt, quin quum maximus ille parens tuus in rebus civilibus te præcipue exercere diſcupiat, aurea Claudiani carmina, quibus olim Theodoſius Magnus Honorium filium ſuum ad Hiſtoriarum ſtudium ſerio cohortatus eſt, auribus tuis ſæpenumero inſtillet:

Interea Muſis, animus dum mollior, inſtes,
Et quæ mox imitere legas: nec deſinat unquam
Tecum Graja loqui, tecum Romana vetuſtas.
Antiquos evolve Duces: aſſueſce futuræ
Militiæ: Latium retro te confer in ævum. &c.

Sed nec in patria Hiſtoria hoſpitem te eſſe decet; cuius idcirco compendium unum aut alterum heic una cum aliis nunc exhibendum

dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

dum duximus. Deus ter Opt. Max. te quam diutiſſime ſervet, ſtudia tua ſoſpitet, & Magnifici Herois parentis tui veſtigia aſſequi faciat. Dabam Lugduni Batavorum, Idibus Iuliis, cIↄ Iↄc-xxix.

Generoſitati tuæ deditiſſ.

STEPHANVS IOHANNIS
STEPHANIVS, Danus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

TRACTATVVM
Qui hoc libello continentur
CONSPECTVS.

I.

M. Adami Canonici Bre
menſis Libellus de Situ Danię
& reliquarum quæ trans Da
niam ſunt regionum natura
deque gentium iſtarum, iſti
temporibus, moribus ac reli
gione. 1

II.

Saxonis Grammatici, flo
rentiſſimi rerum Danicarum
ſcriptoris Commentariolus de
regnorum Aquilonarium ſitu
& natura. 42

III.

Erici Daniæ Regis, Wra-
tiſlai VII, Ducis Pomeraniæ
fil. Hiſtorica narratio, de ori-
gine gentis Danorum, & de

Regi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Regibus ejuſdem gentis, deque eorundem rebus geſtis; ex codice manu deſcripto recognita, & ſexcentis in locis debitæ integritati reſtituta. 52

IV.

Hiſtoria compendioſa ac ſuccincta Sereniſſimorum Daniæ Regum: ab incerto authore conſcripta, poſtea vero ad CHRISTIANVM IV deducta, & antehac in lucem edita opera & ſtudio *Erpoldi Lindenbruch.* 102.

V.

Daniæ deſcriptio, Inſularum ac partium præcipuarum plagæ Arcticæ Theatrum repræſentans: authore *Iona Koldingenſi.* 172

VI.

Daniæ regni Politicus Status. 266.

VII. Ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

VII.

Excerpta Libelli *Ionæ ab E*
vervelt, De Holſatia, ejuſqu
Statu atque Ordinibus diver
ſis. 272

VIII.

Arngrimi Ionæ Islandi tracta
tus de Islandicę gentis primor
diis & veteri republica. 35

M. ADA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

I.

M. ADAMI, CANONICI BREMENSIS, LIBELLVS DE SITV DANIÆ,

Et reliquarum quæ trans Daniam ſunt regionum natura: deque gentium iſtarum, iſtis temporibus, moribus ac religione.

PROVINCIA Danorum tota fere in inſulas diſpertita eſt, ſicut etiam legitur in geſtis ſancti Anſgarii. Hanc autem Daniam à noſtris Nordalbingis flumen Egdora dirimit, quod oritur in profundiſſimo ſaltu Paganorum Iſarnho, & extẽditur ſecus mare Barbarum uſque ad Sliam lacum. Cæterum flumen Egdora deſcendit uſque in Oceanum Freſonicum, quem Romani ſcribunt Britannicum. Et prima quidem pars Daniæ, quæ Iutlandia dicitur, ab Egdora in Boream longitudine protenditur, habens iter

tridui, ſi in Fioniam Inſulam diverte ris. Si autem à Sliaſvvig per directum viam metiris, quinq; aut ſeptem habe iter dierum. Hæc eſt ſtrata Ottonis Cæ ſaris uſque ad mare noviſſimum VVendilæ, quod uſque in hodiernum diem ex victoria Regis *Ottinſund* appellatur. Latitudo Iutlandiæ ſecus Egdoram diffuſior eſt, inde vero paulatim con trahitur ad formam linguæ, in eum angulum, qui VVendila dicitur, ubi Iutlandia finem habet. Sicubi vero bra chia maris occurrunt, ibi civitates ha bet maximas. Hanc quondam Regio nem Cæſar Otto tributo ſubjiciens, in tres diviſit Epiſcopatus, unum conſti tuens apud Sliaſvvig, quæ & Heithebu dicitur, quam brachium quoddam fre ti Barbari alluit, quod Sliam vocant unde & civitas nomen trahit. Ex quo portu naves emitti ſolent in Slavaniam vel in Suediam, vel ad Semland, & uſ que in Græciam. Alterum in Ripa, quæ civitas alio tangitur alveo, qui ab O ceano influit, & per quem vela tor quentur in Freſiam, vel in noſtram Sa xoniam, vel certe in Angliam. Tertium vero in Arhuſen, & hanc fretum quod dam à Fionia dirimit breviſſimum quod ab Orientali pelago ingrediens longis anfractibus inter Fioniam & Iutlan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Iutlandiam protenditur in Boream, uſque ad eandem civitatem Arhuſen, à qua navigatur in Fioniam, aut Selandiam, ſive in Sconiam, vel uſque in Norvvegiam. Poſtea vero, deficiente hoc Epiſcopatu, quem tertium poſuimus, Iutland duos ſolummodo Epiſcopatus retinuit, Sliaſvvicenſem videlicet ac Ripenſem, donec nuper mortuo VValdemaro Riſpenſi Epiſcopo diœceſis illa in quatuor diſcreta eſt Epiſcopatus, auctoritatem ſuam præbente Archiepiſcopo. Qui mox conſecravit in Ripa Oddonem, in Arhuſen Chriſtianum, in VViberg Heribertum, in VVendilâ Magnum, cui, cum poſt ordinationem rediret, in Albia naufrago ſubrogavit Albericum. Hi quatuor Epiſcopi tunc Ripenſem dono Suenonis Regis ſortiti ſunt parochiam. Archiepiſcopus vero de ſuis Clericis ordinavit in Sliaſvvig Ratolfum, in Selandia VVillelmum, in Fionia Eilbertum, quem tradunt, converſum à piratis, Farriam Inſulam, quæ in oſtio fluminis Albiæ longo receſſu latet, in Oceano primum repeririſſe, conſtructoque ibi Monaſterio feciſſe habitabilem. Eſt enim feraciſſima, frugum ditiſſima, volucrum & pecudum nutrix, collem habet unicum, arborem nullam, ſcopulis inclu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ditur aſperrimis, nullo aditu niſi uno, ubi & aqua dulci locus venerabilis omnibus nautis, præcipue vero piratis. Vnde nomen accepit, ut *Heiligeland* dicatur. Hanc in vita ſancti VVillebrordi *Foſetiſland* appellari didicimus, quæ ſita eſt in confinio Danorum & Freſonum. Sunt & aliæ Inſulæ contra Freſiam & Daniam, ſed nulla earum tam memorabilis.

Fionia inſula eſt non modica poſt eam, quæ VVendila dicitur, in oſtio Barbari ſinus occurrens. Hæc adhæret regioni quæ Iutlandia dicitur, in quam breviſſimus à Iutlandia eſt tranſitus ex omni parte. civitas ibi magna Odanſe: Inſulæ in gyro parvulæ, omnes frugibus plenæ. Et notandum eſt, ſi per Iutlandiam in Fioniam tetenderis, directo in ſeptentrionem viam habes. At vero per Fioniam tranſeunti ad Selandiam, oriens in faciem occurrit. Duo trajectus ſunt in Selandiam, unus à Fionia, alter ab Arhuſen, pari uterque diſtat ſpatio. Mare natura tempeſtuoſum, duplicique plenum periculo, ut etiam ſi ventum habeas proſperum, vix effugias manus piratarum.

Selandia inſula eſt in interiori ſinu maris Baltici ſita, quantitate maxima. Hæc tam fortitudine virorum, quam

opu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

opulentia frugum celeberrima, longitudinem habet bidui, cum latitudo fere ſit æqualis. Civitas ejus maxima Roſchild, ſedes Regia Danorum. Hæc Inſula æquali ſpacio diſtans à Fionia vel Sconia, per noctem tranſitur, habetque ab Occidente Iutlandiam, civitatem Arhuſen, Alaburg & VVendilam, à borea vero, ubi & deſerta eſt, fretum Nordmanniæ, à meridie autem Fioniam prędictam & ſinum Slavanicum. ab orto quidem reſpicit promontorium Sconiæ, ubi eſt civitas Lundona. Aurum ibi plurimũ, quod raptu congeritur piratico. Ipſi enim piratæ, quos illi VVithingos appellant, noſtri Aſcomannos, Regi Danico tributum ſolvunt, ut liceat eis prædam exercere à Barbaris, qui circa hoc mare plurimi abundant.

A Selandia in Sconiam trajectus multi, breviſſimus in Helſingeburg, qui & videri poteſt. Sconia itaque eſt pulcherrima viſu Daniæ provincia, unde & dicitur, armata viris, opulenta frugibus, diveſque mercibus, & nunc plena Eccleſiis. Sconia bis tantum habet in ſpacio ut Selandia, hoc eſt, trecentas Eccleſias, cum Selandia dicatur habere dimidium, Fionia tertiam partem. Sconia inſula eſt ultima fere pars Daniæ, undiq; cincta mari, præter unum terræ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

brachium, quod ab Oriente continen Suediam diſterminat à Dania, ubi ſun profundi ſaltus, monteſque aſperrimi, per quos à Sconia in Gothiam neceſſario iter agitur, ut dubites utrum ſit levius marino diſcrimine terreſtre periculum vitare, an iſtud illi præponere.

In eadem regione Sconiæ nemo adhuc Epiſcopus fuit incardinatus, niſi quod ab aliis partibus quidam venientes interdum illam procurabant diœceſim. Deinde Gerbrand Selandenſis Epiſcopus, & poſt eum Avoco, ſimul utramque gubernabant Eccleſiam. Nuper vero mortuo Avocone, Rex Suein parochiam Sconienſem in duos Epiſcopatus ſegregavit; unum, id eſt, Lundenſem, Heinrico tribuens; alterum, id eſt, Dalboienſem, Eginoni. Verum iſtum ordinavit Archiepiſcopus. Heinricus autem apud Orchadas fuit ante Epiſcopus, iſque in Anglia Sacellarius Regis Knut fuiſſe narratur. Cuus theſauros in Daniam perferens luxurioſe vitam exegit. De quo narratur etiam quod peſtifera conſuetudine delectatus inebriandi ventris, tandem ſuffocatus crepuit. Hoc & de Avocone factum eſſe comperimus, ſimiliterque de aliis. Egino vero cum eſſet vir ſapiens & li-

& literatus, ac caſtitate inſignis, tunc etiam totum ſtudium ejus exarſit in converſione Paganorum. Quapropter multos adhuc populos Idolorum cultui deditos vir ille Chriſto lucratus eſt, illos præſertim barbaros, qui Pleichani dicuntur, & qui in Hulmo inſula degunt. Qui omnes ad ejus prædicationem converſi in lacrymas, pœnitentiam ſui erroris ita monſtraverunt, ut confractis ſtatim Idolis, ultro certarent ad Baptiſmum properare. Mox etiam Theſauros & omnia quæ habebant ſternentes ad pedes Epiſcopi, flagitabant, ut hæc dignaretur accipere: quod renuens Epiſcopus, docuit eos ex eadem pecunia fabricare Eccleſias, egenos alere, & redimere captivos, qui multi ſunt in illis partibus. Fertur idem vir magnanimus eo tempore, quo in Sueciam perſecutio magna Chriſtianitatis incanduit, Scaranenſem Eccleſiam, cæteroſque fideles, eo quod paſtore carebant, frequenter viſitaſſe, conſolationem miniſtrans his, qui in Chriſtum crediderant, incredulis verbum Dei conſtanter annuncians. Ibi etiam opinatiſſimum Friconis ſimulachrum in fruſta concidit. Pro quibus virtutum inſignibus, à Rege Danorum, magno deinceps vir Dei honore habitus, de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

cuncto mox pingui Heinrico utramque Sconiæ parochiam, ſcilicet Lundenſem & Dalboenſem gubernandam recepit. Qui mox Lundæ ſedem Epiſcopalem conſtituens, apud Dalbojam Præpoſituram fratrum regulariter viventium eſſe præcepit. Itaque duodecim annis in ſacerdotio nobiliter exactis clariſſimus vir Egino à Romana regreſſus urbe, mox ut domum pervenit feliciter migravit ad Chriſtum, eodem anno quo noſter Metropolitanus & Fionienſis Epiſcopus deceſſerunt.

Nunc autem quoniam locorum ſe præbuit occaſio, ad rem pertinere videtur, aliquid de natura Baltici maris dicere. Cujus freti mentionem cum in geſtis Adaldagi Pontificis ex ſcriptis Einhardi fecerim, explanationis more utens, ea quæ ille per cõpendium dixit, pleniori calamo noſtris ſcienda proponam. Sinus quidam, inquit, ab occidentali Oceano verſus orientem porrigitur. Sinus ille ab incolis appellatur Balticus, idemque mare Barbarum, ſeu pelagus Scythicum vocatur, à gentibus quas alluit barbaris. Occidentalis autem Oceanus ille videtur, quem Romani Britannicum ſcribunt: cujus latitudo immenſa, terribilis & periculoſa, ab occaſu complectitur Britanniam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

niam, quæ nunc Anglia dicitur: à meridie Freſos tangit, cum ea parte Saxoniæ, quæ noſtræ diœceſi pertinet Hammaburgenſi: à ſolis ortu habet Danos, oſtiumque Baltici maris, & Nordmannos; qui ultra Daniam conſiſtunt: ab Aquilone vero idem Oceanus inſulas præterlabitur Orchadas: deinde infinitis orbem terræ ſpaciis ambit, ſiniſtrorſum habens Hiberniam Scotorum patriam, quæ nunc Irland dicitur, dextrorſum vero ſcopulos Nordmanniæ, ulterius autem Inſulas Iſland & Gronland; ibi terminatur Oceanus, qui dicitur caligans. Quod autem dicit eundem ſinum longitudinis incompertæ, hoc nuper apparuit in ſolertia fortiſſimorum virorum Ganund VVolf ſatrapæ Danorum, ſive Haroldi Regis Nordmannorum, qui magno viæ labore, multoque ſociorum periculo, quantitatem hujus maris perſcrutantes, ancipiti demum jactura ventorum ac piratarum fracti, victique redierunt. Affirmant autem Dani longitudinem hujus Ponti ſæpe à pluribus expertam; ſecundo flatu per menſem aliquos à Dania perveniſſe in Oſtrogard Ruzziæ.

Latitudinem vero illam ponit, quæ nuſquam centum milia paſſuum excedat, cum in multis, ait, locis, contra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ctior inveniatur, quod in oſtio ejuſde
ſinus videri poteſt, cujus ab Ocean
introitus inter Alaburg vel VVend
lam promontorium Daniæ ſcopulo
que Nordmanniæ, tam ſtrictus inven
tur, ut facili ſaltu per noctem carba
trajiciantur. Item limitem egreſſus Da
norum, idem Pontus late brachia ten
dit, quæ denuo contrahit è region
Gothorum, qui à latere VVilzos ha
bent. Deinde quanto interius vadit
tanto latius hinc inde diffunditur.

Hunc, inquit, ſinum multæ circumſi-dent nationes. Dani ſiquidem ac Sueones, quos Nordmannos vocamus, ſeptentrionale littus tenent, & omnes in eo inſulas; ad littus autem auſtrale Slavi Haiſti, aliæque diverſæ incolunt nationes, inter quos præcipui ſunt VVelatabi, qui & VVilzi dicuntur. Dani vero & Sueones cæterique trans Daniam populi, ab Hiſtoricis Francorum omnes Nordmanni vocantur. cum tamen Romani ſcriptores ejuſmodi vocent Hyperboreos, quos Marcianus Capella multis laudibus extulit. Itaque primi ad oſtium prædicti ſinus, in auſtrali ripa verſus nos Dani, quos Iuthas appellant, uſque ad Sliam lacum habitant. Vnde incipiunt fines Hammaburgenſis parochiæ, qui per maritimos Slavo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

um populos longo tractu porriguntur uſque ad Panim fluvium; ibi limes eſt noſtræ diœceſis. Inde VVilzi & Leuticii ſedes habent, uſque ad Odoram fluvium: trans Odoram autem comperimus degere Pomeranos. Deinde latiſſima Polanorum terra diffunditur, cuius terminum dicunt in Ruziziæ regnum connecti. Hæc eſt ultima & maxima VVinulorum provincia, quæ & finem illius facit ſinus. At vero à parte Aquilonali revertétibus ad oſtium Baltici freti, primi occurrunt Nordmanni; deinde Sconia prominet, regio Danorum; & ſupra eam tenſo limite Gothi habitant, uſque ad Bircam; poſtea longis terrarũ ſpaciis regnant Sueones, uſque ad terram fæminarũ. Supra illas VVilzi, Mirri, Lami, Scuti, & Turci habitare feruntur uſque ad Ruzziam. In qua denuo finem habet ille Sinus. Itaque latera illius ponti ab Auſtro Slavi, ab Aquilone Suedi poſſederunt. Aſſerunt etiam periti locorum, à Sueonia terreſtri via quoſdam uſque in Græciam permeaſſe. Sed barbaræ gentes, quæ in medio ſunt, hoc iter impediunt, propterea navibus tentatur periculum.

Multæ ſunt Inſulæ in hoc ſinu, quas Dani & Sueones omnes habent in ſua ditione, aliquas etiam Slavi tenent. Earum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

rũ prima eſt in capite illius freti VVendila, ſecunda *Mors*, tertia *Tÿe*, modic ab invicem intervallo diviſæ, quart eſt *Sampſöe*, quæ oppoſita eſt civitat Arhuſen, quinta Fionia, ſexta Selandia ſeptima quæ illi adhæret, & quarum ſupra memoriam fecimus: Octavam dicunt illam, quæ Sconiæ ac Gothia proxima *Holmus* appellatur, celeberrimus Daniæ portus, & fida ſtatio navium, quæ à Barbaris in Græciam dirigi ſolent. Cæterum Fioniæ inſulæ alia ſeptem adjacent minores ab Euro, quas ſupra diximus frugibus opulentas, hoc eſt, *Mönland, Imbra, Falſter, Laaland.* Item aliæ omnes ſibi vicinæ, cum Laaland interius vadat ad confinia Slavorum. Hæ quindecim inſulæ Danorum regnum aſpiciunt, omneſque jam Chriſtianitatis titulo decoratæ ſunt. Sed & aliæ interius ſunt, quæ ſubjacent Sueonum Imperio. Quarum maxima eſt illa, quæ Curland dicitur; iter octo dierum habens. gens crudeliſſima, propter nimium idololatriæ cultum fugitur ab omnibus. aurum ibi plurimum, equi optimi: divinis, auguribus, atque nicromanticis omnes domus ſunt plenæ, qui etiam veſtitu Monachico induti ſunt. A toto orbe ibi reſponſa petuntur, maxime ab Hiſpanis & Græcis. Hanc inſu-

ſulam in vita Sancti Anſgarii *Chori*
ominatam credimus, quã tunc Sueo-
es tributo ſubjecerunt. Vna ibi nunc
cta eſt Eccleſia, cujuſdam ſtudio ne-
otiatoris, quem Rex Danorum mul-
s ad hoc illexit muneribus. Ipſe enim
ex gaudens in Domino recitavit mihi
anc cantilenam.

Præterea recitatum eſt nobis, alias
lures Inſulas in eodem ponto eſſe,
uarum una grandis Eſtland dicitur,
on minor illa de qua prius dixi. Nam
t ipſi Deum Chriſtianorum prorſus
gnorant, dracones adorant cum vo-
ucribus, quibus etiam vivos litant ho-
nines, quos à mercatoribus emunt, di-
igenter omnino probatos, ne macu-
am in corpore habeant, pro qua refu-
ari dicuntur à draconibus. Et hæc qui-
dem Inſula terræ fæminarum proxima
narratur, cum illa ſuperior non longe
it à Birka Sueonum.

Illarum autem Inſularum quæ Slavis
adjacent, inſigniores accepimus tres.
Quarum prima Fembre vocatur. Hæc
oppoſita eſt VVagris. Altera eſt contra
VVilzos poſita, quam Rani vel Runi
poſſident, fortiſſima Slavorum gens,
extra quorum ſententiam de publicis
rebus nihil agi lex eſt, ita illi metuun-
tur propter familiaritatem Deorum,

vel

vel potius Dæmonum, quos majo[r]
cultu cæteris venerantur. Ambæ igi[tur]
tur hæ inſulæ piratis & cruentiſſimi[s]
latronibus plenæ ſunt, qui & nemi[ni]
parcunt ex tranſeuntibus. Tertia e[ſt]
illa, quæ Semland appellari ſolet, cont[i]
gua Ruzzis & Polonis: hanc inhabitan[t]
Sembi vel Pruci, homines humaniſſi[-]
mi, qui obviam tendunt ad auxilian[-]
dum his, qui in mari periclitantur, ve[l]
qui à piratis infeſtantur. Aurum, ar[-]
gentumque pro minimo ducunt, pel[-]
libus abundant peregrinis, quorum o[-]
dor noſtro orbi lethiferum ſuperbiæ
venenum propinavit. Et illi quidem u[t]
ſtercora hæc ad noſtram forte habent
damnationem, qui per fas nefaſque ad
veſtem anhelamus marturinam, quaſi
ad ſummam beatitudinem. Itaque pro
laneis indumentis, quæ nos dicimus
paldones, illi offerunt tam precioſos
martures. Multa ergo poſſent ex illis
populis dici laudabilia in moribus, ſi ſo-
lam Chriſti fidē haberent, cujus prædi-
catores immaniter perſequuntur. Apud
illos enim illuſtris Boemiorum Epiſco-
pus Adalbertus martyrio eſt corona-
tus. Vſque hodie profectò inter illos,
cum omnia communia ſint noſtris, ſo-
lus acceſſus prohibetur lucorum &
fontium, quos autumāt Chriſtianorum

pollui

llui acceſſu. Carnes etiam jumento-
m pro cibo ſumunt; quorum lacte
l cruore utuntur in potu, ita ut ine-
iari dicantur. Homines cærulei, facie
bea & criniti, præterea inacceſſi pa-
dibus, nullum inter ſe pati Domi-
um volunt.

Sunt & plures aliæ in hoc Ponto In-
læ, ferocibus Barbaris omnes plenæ,
eoque, fugiuntur à navigantibus.
em circa hæc littora Baltici maris fe-
unt eſſe Amazonas, quod nunc terra
eminarum dicitur. Quas aquæ guſtu
liqui dicunt cõcipere. Sunt etiam qui
eferant eas imprægnari à pretereunti-
us negotiatorib9, vel ab eis quos inter
e habent captivos, ſive ab aliis mon-
tris, quæ ibi non rara habentur. Et hoc
tiam credibilius eſt. Cumque pervene-
int ad partum, ſiquidem maſculini ge-
neris fuerit, Cynocephali; ſi quid fęmi-
nini, ſpecioſiſſimæ mulieres. Hæ ſimul
viventes, ſpernunt conſortia virorum:
quos etiam, ſi advenerint, à ſe viriliter
repellunt. Cynocephali ſunt, qui caput
n pectore habentes, in Ruzzia ſæpe vi-
dentur captivi, & cum verbis latrant
n voce. Ibi ſunt etiam qui dicuntur
Alani vel Albani, cum canicie naſcun-
tur: de quibus Solinus auctor memi-
nit. Eorum patriam canes defendunt,

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Si quando pugnandum eſt, canibus
ciem ſtruunt. Ibi ſunt homines palli
virides & macrobii, id eſt, longi, qu
Buſos appellant. Poſtremo illi, qui
cũtur Anthropophagi,& humanis v
ſcuntur carnibus. Ibi ſunt alia monſt
plurima, quæ recitantur à navigan
bus, ſæpe inſpecta, quamvis hoc noſtr
vix credibile videatur. Hæc habui qu
de ſinu illo Baltico vel Barbaro dic
rem, cujus nullam mentionem audi
quempiam doctorũ feciſſe, niſi ſolur
de quo ſupra diximus, Einhardum.
fortaſſe mutatis nominibus arbitr
illud fretum ab antiquis Romanis v
cari Paludes Scythicas, vel Mæotica
ſive deſerta Getarum, aut littus Scyth
cum, quod Martianus ait conſertur
eſſe multiplici diverſitate Barbarorum
Illic, inquit, Getæ, Daci, Sarmatæ, Ne
tri, Alani, Geloni, Anthropophagi, Tr
glodytæ. Quorum errori condolen
noſter Metropolitanus, ſtatuit Birkar
illis gentibus Metropolim, quæ in me
dio Sueoniæ poſita contra civitaten
Slavorum oppoſita reſpicit Iuminem
paribuſque ſpaciis omnes illius pon
amplectitur oras. In qua civitate pri
mum ex noſtris ordinavit Hiltinum
abbatem, quem ipſe Iohannem appella
vit. Itaque de Inſulis Danorum dictum
eſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

eſt ſatis. Nunc vero ad Sueonum ſive Nordmannorum populos, qui Danis proximi ſunt, convertamus articulum.

Tranſeuntibus inſulas Danorum, alter mundus aperitur in Sueoniam vel Nordmanniam, quæ ſunt duo latiſſima Aquilonis Regna, & noſtro orbi adhuc ſere incognita. De quibus narravit mihi ſanctiſſimus Danorum Rex, quod Nordmannia vix queat tranſiri per menſem, cum Sueonia duobus menſibus non facile percurratur. Quod ipſe, inquit, probaveram, quia nuper ſub Iacobo rege, XII annis in illis regionibus militavi, quæ altiſſimis ambæ montibus includuntur, magis autem Nordmannia, quæ ſuis alpibus circundat Sueoniam. De Sueonia vero non tacent antiqui auctores, Solinus ſcilicet & Oroſius, qui plurimam partem Germaniæ Suevos dicunt tenere, nec non montana ejus uſque ad Riphæos montes extendi. Ibi etiam eſt Albis fluvius, de quo Lucanus meminiſſe videtur. qui oritur in prædictis alpibus, perque medios Gothorum populos currit in Oceanum, inde & Gothelba dicitur. Sueonia ergo regio eſt fertiliſſima, ager frugibus & melle opimus, extra quod pecorum fœtu omnibus antefertur: opportunitas fluminum ſylvarumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

magna, ubique peregrinis mercibus omnis regio plena. Nullis itaque eger dicas Sueones opibus, excepta quam nos diligimus, ſive potius adoramus ſuperbia. Omnia enim inſtrument vanæ gloriæ, hoc eſt, aurum, argentum ſonipedes regios, pelles Caſtorum, & Marturum, quæ nos admiratione ſu dementes faciunt, illi pro nihilo du cunt. In ſola mulierum copula modum neſciunt. Quiſque ſecũdum facultatem virium ſuarum duas aut tres vel amplius ſimul habet; divites & Principe abſque numero: nam & filios ex tal conjunctione genitos habent legitimos. capitali vero mulctatur pœna, ſi quis alterius uxorem cognoverit, aut v oppreſſerit virginem, ſive qui alterum bonis ſuis ſpoliaverit, aut injuriam fecerit. Quamvis omnes Hyperborei hoſpitalitate ſint inſignes; præcipui ſunt noſtri Sueones: quibus eſt omni probro gravius hoſpitium negare tranſeuntib⁹ ita ut certamen habeant inter ſe, qui dignus ſit hoſpitẽ recipere. Cui omnia exhibens humanitatis jura, quot illic commorari voluerit diebus, ad amicos ſuos illum certatim per ſingulas dirigit manſiones. Hæc illi bona in moribus habent. Prædicatores autem veritatis, ſi caſti, prudentes, & idonei ſint, ingent

foven-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

fovent amore, adeo ut concilio populorũ communi, quod ab ipſis VVarph, à nobis Thinc vocatur, Epiſcopos intereſſe non renuant. Vbi de Chriſto ac Chriſtiana religione crebro audiunt non inviti. Et profectò facile ſermone ad noſtram fidem illi perſuaderentur, niſi quod mali doctores, dum ſua quærunt, non quæ Ieſu Chriſti, ſcandalizant eos, qui ſalvari poſſent.

Populi Sueonum multi ſunt, viribus & armis egregii, præterea tam in equis quam in navibus juxta optimi bellatores. Vnde etiam ſua potentia cæteras aquilonis gentes confringere videntur. Reges habẽt ex genere antiquos, quorum tamen vis pendet in populi ſententia; quod in commune laudaverint omnes, illum confirmare oportet, niſi ejus decretum potius videatur, quod aliquando ſequuntur inviti. Itaque domi pares eſſe gaudent. In prælium euntes omnem præbent obedientiam Regi, vel ei qui doctior cæteris à Rege præfertur. Si quando vero præliantes in anguſtia poſiti ſunt, ex multitudine Deorum quos colunt, unum in auxilium invocant, ei poſt victoriam deinceps ſunt devoti, illumque cæteris anteponunt. Deum autem Chriſtianorum jam communi ſententia for-

tiorem clamant omnibus eſſe, alios Deos ſæpe fallere, illum porro ſemper aſtare certiſſimum adjutorem in oportunitatibus.

Ex ipſis populis Suediæ proximi ad nos habitant Gothi, qui Occidentales dicuntur; alii ſunt Orientales. Verum VVeſtergothia, confinis eſt provinciæ Danorum, quæ Sconia dicitur. A qua ferunt diebus ſeptem perveniri uſque ad civitatem Gothorum magnam Scarane. Deinde Oſtrogothia protenditur juxta mare quod Balthicum dicitur, uſque ad Birkam. Primus Gothorum Epiſcopus Thurgot fuit, ſecundus Godeſcalcus, vir ſapiens & bonus, niſi quod domi ſedens, ocium labori prætulit, tertium autem ordinavit noſter Metropolitanus Adalvvardum ſeniorem, vere laudabilem virum. Qui deinde ad Barbaros perveniens, ſicut docuit, ita vixit. Nam ſancte vivendo ac bene docendo, magnam gentilium multitudinem ad Chriſtianam convertit fidem. Qui etiam virtutum claruit miraculis, ita ut poſcentibus in neceſſitate Barbaris, imbrem de cælo faceret deſcendere, & denuo ſerenitatem venire, & alia quæ hactenus quæruntur à doctoribus. Is autem vir memorabilis in Gothia permanens, nomen Domini Ieſu con-

ſtantur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſtanter omnibus prædicavit. Ibidem-
que poſt multos agones, quos pro
Chriſto libẽter ſuſtinuit, victricem ter-
ræ carnem tradidit, Spiritus cœlum
petiit laureatus. Poſt quem Archiepi-
ſcopus ordinavit in illas partes quen-
dam Acilinum, nihil Epiſcopali nomi-
ne dignum ferentem præter ingentem
corporis ſtaturam. Et ille quidem carnis
requiem diligens, fruſtra legatiõnem
Gothis mittentibus, uſque ad obitum
ſuum in delitiis Coloniæ permanſit. In-
ter Nordmanniam & Sueoniam VVar-
melani & Finvvedi degunt, & alii: qui
nunc omnes ſunt Chriſtiani, reſpiciunt-
que ad Scaravenſem Eccleſiam. In con-
finio Sueonum vel Nordmannorum,
contra boream, habitant Scritefinni,
quos ajunt curſu feras præire. Civitas
eorum maxima Halſingaland, & Hal-
ſingaland Regio eſt. Ad quam primus
eſt ab Archiepiſcopo deſignatus Sten-
phi Epiſcopus, quem ipſe mutato no-
mine Simonem vocavit. Qui etiam
multos earundem gentium ſua prædi-
catione lucratus eſt. Præterea ſunt alii
numero carentes Sueonum populi, de
quibus ad Chriſtianitatem converſos
accepimus ſolos Gothos, VVermelanos,
& partem Scritefinnorum, vel qui illis
vicini ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Igitur ut brevem Sueoniæ vel Suediæ faciamus deſcriptionem: Hæc ab occidente Gothos habet, & civitatem Scaranen: à borea VVermilanos, cum Scritefinnis, quorum caput Halſingaland: ab auſtro longitudiné habet illius Baltici maris, de quo ante diximus; ibi eſt civitas magna Sictona: ab oriente autem Riphæos montes attingit; ubi deſerta ingentia, ubi nives altiſſimæ, ubi monſtruoſi hominum greges, ultra prohibent acceſſum. Ibi ſunt Amazones, ibi Cynocephali, ibi Cyclopes, qui unum in fronte habent oculum. Ibi ſunt illi quos Solinus dicit Himantopodes, uno pede ſalientes, & illi qui humanis carnibus delectantur pro cibo, ideoque ſicut fugiuntur, ita etiam jure tacentur. Narravit igitur mihi Rex Danorum ſæpe recolendus, gentem quandam ex montanis in plana deſcendere ſolitam, & incertum eſſe unde veniat; ſemel aliquando per annum vel poſt triennium, inquit, ſubiti accedunt. Quibus niſi totis reſiſtatur viribus, omnem depopulantur regioné, & denuo recedunt. Aliaque multa recitari ſolent, quæ brevitati ſtudens omiſi, ab his dicenda, qui hæc ſe vidiſſe teſtantur. Nunc de ſuperſtitione Sueonum pauca dicemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Nobiliſſimum illa gens templum
abet, quod Vbſola dicitur, non longe
oſitum à Sictona civitate vel Birka.
n hoc templo, quod totum ex auro
aratum eſt, ſtatuas trium Deorum ve-
eratur populus, ita ut potentiſſimus
orum Thor in medio ſolum habeat
riclinium. hinc & inde locum poſſi-
ent VVodan & Fricco. Quorum ſi-
gnificationes ejuſmodi ſunt: Thor, in-
uiunt, præſidet in aëre, qui tonitrus,
& fulmina, ventos, imbreſque, ſerena,
& fruges gubernat. alter VVodan, id
eſt, fortior, bella regit, hominumque
miniſtrat virtutem contra inimicos.
tertius eſt Fricco, pacem voluptatemq;
argiens mortalibus. Cujus etiam ſi-
mulachrum fingunt ingenti Priapo.
VVodanem vero ſculpunt armatum,
ſicut noſtri Martem ſculpere ſolent.
Thor autem cum ſceptro Iovem expri-
mere videtur. Colunt & Deos ex ho-
minibus factos, quos pro ingentibus
factis immortalitate donant, ſicut in
vita ſancti Anſgarii legitur Hericus Rex
feciſſe, omnibus ſcilicet Diis attributos
ſacerdotes, qui ſacrificia populi offerāt.
Si peſtis, & fames imminet, Thor Idolo
immolant; ſi bellum, VVodani; ſi nup-
tię celebrandę ſunt, Friconi. Solet quo-
que poſt novem annos, communis

omnium Sueoniæ provinciarum ſolennitas celebrari. Ad quam videlicet ſollennitatem, nulli prȩſtatur immunitas. Reges & populi omnes, & ſinguli ſua dona ad Vbſolam tranſmittunt, & quod omni pœna crudelius eſt, illi qui jam induerunt Chriſtianitatem, ab illis ſe ceremoniis redimunt. Sacrificium itaque tale eſt: Ex omni animante, quod maſculinum eſt, novem capita offeruntur, quorum ſanguine Deos tales placari mos eſt, corpora autem ſuſpenduntur in lucum, qui proximus eſt téplo. Is enim Lucus tam ſacer eſt Gentilibus, ut ſingulæ arbores ejus, ex morte vel cibo immolatorum divinæ credantur. Ibi etiam canes qui pendent cum hominibus, quorum corpora mixtim ſuſpenſa narravit mihi quidam Chriſtianorũ ſe LXXII vidiſſe. Cæterum næniæ, quæ in ejuſmodi ritus libatoriis fieri ſolent, multiplices ſunt, & inhoneſtæ, ideoque melius reticendæ.

In eadem provincia nuper res contigit memorabilis, & pro dignitate geſtorum longe divulgata, pervenit etiam ad noticiam pontificis. Quidam enim è ſacerdotibus, qui ad Vbſolam Dæmonibus aſtare ſolebat, nequicquam juvantibus Diis factus eſt cœcus. Cumque vir ſapiens infortunium orbitatis

ſuæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

æ culturæ Idolorum imputaret, quæ perſtitioſe venerans potentiſſimum hriſtianorum Deum offendiſſe videtur, ecce ipſa nocte apparuit ſibi virgo decora nimis, interrogans, ſi in filium ejus credere vellet, ut viſum reciperet, abjectis quæ ante colebat ſimulachris. Tunc ille, qui nihil ardui renueret ſubeundum pro hoc dono, ita ſe facere lætus ſpopondit. Ad hæc virgo, cito, inquit, certiſſime, hunc locum, bi nunc tantus innocentium cruor ffunditur, in meo dedicandum proime honore. In qua re ne tibi aliqua ubietatis ſigna remaneant, in nomine Chriſti, qui eſt filius meus, tu recipe lumen oculorum tuorum. Mox ille lumine recepto credidit, pertranſienſque otas in circuitu regiones, facili fide paganis perſuaſit, ut crederent in eum, qui cæcum illuminavit.

Quibus miraculorum cauſis impelentibus, ſtatim noſter Metropolitanus obediens voci, quæ dicit; Reſpicite & evate oculos veſtros, quoniam regiones jam albæ ſunt ad meſſem; ordinavit in illas partes Adalvvardum juniorem, de Bremenſi choro aſſumptum, virum literis & morum probitate fulgentem. Cui etiam per Legatos clariſſimi Regis Stenkil ſedem poſuit in Si-

ctona civitate, quæ diſtat ab Vbſola i-
nere diei unius. Eſt vero iter ejuſmod
ut à Sconia Danorum per mare veli-
cans, quinto die pervenias uſque Sict-
nam vel Birkam; juxta enim ſunt. Si ve-
ro per terram eas à Sconia per Gotho-
rum populos, & civitatem Scaranem
Telgas & Birkam, completo menſe per-
venies Sictonam. Relatum eſt autem
nobis à quibuſdam Adalvvardi Epiſco-
pi ſtipatoribus, cum primum Sictonam
acceſſiſſet ad unam miſſarum celebra-
tionem, ad manum ſibi oblatas LXX
marcas argenti. Tantæ enim devotio-
nis ſunt omnes populi arcticæ plagæ.
Tunc etiam occaſione itineris divertit
Birkam, quæ nunc in ſolitudinem re-
dacta eſt, ita ut veſtigia civitatis vix ap-
pareant: quare nec tumulus ſancti Vn-
ni Archiepiſcopi potuit inveniri. Adal-
vvardus igitur magno prædicandi fer-
vore Evangelii Suediam ingreſſus, om-
nes qui in Sictona erant & in circuitu,
brevi temporis ſpatio ad Chriſtianam
fidem perduxit. Conſpiravit etiam cum
ſanctiſſimo viro Eginone Sconienſi Epi-
ſcopo, ut pariter adirent illud templum
Paganorum, quod Vbſola dicitur, ſi for-
te aliquem Chriſto laboris ſui fructum
ibi poſſent offerre; omnia tormento-
rum genera libenter ſuſcepturi, ut illa
deſtrue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ueretur domus, quæ caput erat
baricæ ſuperſtitionis. Illa enim diru-
el potius cremata, fore, ut tota gen-
converſio ſequeretur. Quam confeſ-
um Dei voluntatem piiſſimus Rex
nkil in populo murmurari ſentiens,
lide ſubmovit eos à tali cœpto, aſſe-
s & illos ſtatim morte damnandos,
ſe à Regno depellendum, qui male-
tores in patriam duxerit, & facile
nnes ad Paganiſmum relapſuros, qui
nc credunt, ſicut in Slavania nuper
tum poteſt videri. Talibus Regis al-
utionibus conſentientes Epiſcopi,
nnes Gothorum civitates peragra-
nt, idola confringentes, & multa Pa-
norum milia deinceps lucrantes ad
hriſtianitatem. Hæc de Sueonia &
remoniis ejus dicta ſufficiant.

Nordmannia ſicut ultima orbis pro-
ncia eſt, ita convenienter in ultimo
bri loco ponetur à nobis. Hæc à mo-
ernis dicitur Norvvegia. De cujus ſitu
l magnitudine, cum prius aliqua
mmuniter cum Sueonia dixerimus,
unc vero hoc ſpecialiter dicendum
t, quod longitudine ſua in extremam
ptentrionis plagam extenditur hæc
gio, unde & dicitur. Incipit autem ex
ominentibus ſcopulis hujus freti,
uod Balticum appellari ſolet: deinde
reflexo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

reflexo in Aquilonem dorſo, poſtqu
ferventis Oceani marginem ſuo cir
ambitu, tandem in Riphæis monti
limitem facit, ubi & laſſus deficit
bis. Nordmannia propter aſperitat
montium, ſive propter frigus inte
peratum, ſteriliſſima eſt omnium R
gionum, ſolis apta pecoribus; indec
fortiſſimos educat milites, qui nu
frugum luxuria molliti, ſæpius imp
gnant alios, quam ipſi moleſtentur
aliquo. Sine invidia cum proximis h
bitant Sueonibus, quamvis à Danis
que pauperibus non impune tenta
tur aliquando. Itaque rei familiaris in
pia coacti, totum mundum circueun
& piraticis raptibus ampliſſimam te
rarum facultatem reportant domun
penuriam ſuæ regionis tali modo ſuſt
nentes. Poſt ſuſceptam vero Chriſtian
tatem, melioribus imbuti ſcholis, d
dicerunt jam pacem & veritatem dil
gere, paupertate ſua contéti eſſe, imm
quæ hęreditant collecta ſpargere, nõ, u
prius, conſperſa colligere. Cumq; nefan
dis maleficiorũ artibus omnes ab initi
ſervirent, nunc cũ Apoſtolo ſimplicite
Chriſtum confitentur, & hunc cruci
fixum. Sunt etiam continentiſſimi om
nium mortalium, tam in cibis, quam
in moribus, parcitatem, modeſtiamque
ſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

mopere diligentes. Præterea ſacer-
um & Eccleſiarum tantam venera-
em habent, ut vix Chriſtianus ha-
ur, qui non quotidie offerat ad
am, quam audierit. Verum Baptiſ-
& Confirmatio, dedicationes alta-
n, & ſacrorum benedictio ordinũ,
d illos & Danos care omnia redi-
ntur. Quod ex avaritia ſacerdotum
diſſe arbitrãtur, quia Barbari adhuc
mas dare aut neſciunt, aut nolunt,
que conſtringuntur in cæteris, quæ
erent gratis offerri. Nam viſitatio
morum & ſepultura mortuorum,
nia ibi venalia. Apud illos igitur
a morum inſignia, ſola, ut com-
um habeo, ſacerdotum corrum-
tur avaritia.

n multis Nordmanniæ vel Suediæ
s, paſtores pecudum ſunt etiam no-
ſſimi homines, ritu patriarcharum
abore manuum viventes. Omnes
b ſunt Chriſtianiſſimi, qui in Nord-
gia degunt, exceptis illis, qui trans
oam plagam circa Oceanum remo-
nt: quos adhuc ferunt magicis arti-
, ſive incantationibus intantum
valere, ut ſe ſcire fateantur, quid à
gulis in toto terrarum orbe geratur:
c etiam potenti murmure verbo-
n grandia cete maris in littora tra-
hunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

hunt: aliaque multa, quæ de male
in ſcripturis leguntur, illis ex uſu fa
ſunt. In aſperrimis etiam, quæ ibi ſi
alpibus, audivi mulieres eſſe barba
viros autem ſilvicolas, raro ſe præb
videndos; qui ferarum pellibus ut
tur pro veſtibus, & loquentes ad in
cem frendere magis quam verba p
ferre dicuntur, ita ut vix à proxi
intelligi queant populis. In eiſd
montanis agreſtium tantum eſt co
ferarum, ut plurima pars Regionis
ſolis vivat ſilvaticis. Ibi capiuntur
Bubali, & Elaces, ſicut in Sueonia. cæ
rum Biſontes capiuntur in Slavania
Ruzzia: ſola vero Nordmannia vul
habet nigras, & lepores, martures
bos, ejuſdemque coloris urſos, qui
aqua, ut uri, vivunt. Cumque dive
prorſus & inſueta noſtris multa ibi
deantur, ab ejuſdem patriæ incolis h
& alia plenius dicenda relinquo.

Metropolis civitas Nordmannoru
eſt Trondemnis, quæ nunc decora
Eccleſiis, magna populorum freque
tatione celebratur. In qua jacet corp
beatiſſimi Olaph Regis & Martyris. A
cujus tumbam uſque in hodiernu
diem maxima Dominus operatur ſa
tatum miracula, ita ut à longinquis
huc confluant regionibus, qui ſe ſan
Marty

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

rtyris meritis ſperant poſſe juvari.
vero iter ejuſmodi, ut ab Alaburg,
VVendila Danorum ingredientibus
vim, per diem mare tranſeatur ad
ig civitatem Nordmannorum, in-
vela torquentur in lævam, circa
oraNordvvegiæ,& quinto die perve-
ur ad ipſam civitatem quæ Tron-
mnis dicitur. Poteſt autem iri & alia
, quæ ducit à Sconia Danorum terre-
itinere uſque ad Trondemnem: ſed
c eſt tardior in montanis; & quo-
m plena eſt periculo, declinatur à
toribus.
In Nordmanniam primus ab Anglia
nit quidam Iohannes Epiſcopus, qui
gem cum populo converſum bapti-
vit: cui ſucceſſit Grinkeil Epiſcopus,
i tunc erat ad Vnvvanum Archiepi-
opum Regis Olaph legatus. Tertio
o advenit ille Sigafridus, qui & apud
edos & Nordmannos juxta prædi-
vit. Iſque duravit uſque ad noſtram
atem, cum aliis æque non obſcuris
illa gente ſacerdotibus. Poſt quo-
m exceſſum noſter Metropolitanus,
tentibus Nordmannorum populis,
dinavit Tholf Epiſcopum in civitate
ondemni; & Siguardum in eaſdem
rtes. Aſgotum vero & Bernardum,
et moleſte ferret à Papa conſecratos,
accepta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

accepta ſatisfactione dimiſit à ſe do tos. Per quos uſque hodie verbum I multas lucratur animas, ita ut in o nibus provinciis Nordvvegiæ, be mater Eccleſia lætis floreat increme tis. Inter Nordmannos tamen & Su nes, propter novellam plantation Chriſtianitatis, adhuc nulli Epiſco tus certo limite ſunt deſignati, ſed nuſquiſque Epiſcoporum à Rege populo aſſumptus, communiter æ ficant Eccleſiam, & circueuntes reg nem, quantos poſſunt ad Chriſtiani tem trahunt, eoſque gubernant ſi invidia, quamdiu vivunt.

Poſt Nordmanniam, quæ eſt ulti Aquilonis provincia, nihil habitati nis humanæ, niſi terribilem viſu & in nitum Oceanum, qui totum mundu amplectitur, invenies. Is habet ex a verſo Nordmanniæ inſulas multas n ignobiles, quæ nunc fere omnes Nor mannorum ditioni ſubjacent, ideoq à nobis non ſunt prætereundæ, qu niam Hammaburgenſem parochiam ipſæ reſpiciunt. Quarum primæ ſu Orchades inſulæ, quas Barbari voca Organas: ritu Cycladum illæ ſunt d ſperſæ per Oceanum. De quibus R mani auctores Martianus & Solin ita ſcripſiſſe videtur. A tergo Britanni

un

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

de infinitus patet Oceanus, Orcha-
s ſunt inſulæ: quarum xx ſunt deſer-
, xvi coluntur, Orchades inſulæ pæ-
xl junctæ. Item vicinæ ſunt Electri-
s, in quibus Electrum gignitur. Igitur
rchades inter Nordmanniam & Bri-
nniam ac Hyberniam poſitæ, fre-
entis Oceani ludibundæ minas deri-
nt. Ad quas à civitate Nordmanno-
m Trondemne per diem ferunt na-
gari poſſe. Item ab Orchadibus, ajunt,
mile ſpatium, ſive in Angliam dirigas,
ve in Schotiam flectere velis. Ad eaſ-
em inſulas Orchadas, quamvis prius
Anglorum & Scotorum Epiſcopis
gerentur, noſter primus, juſſu Papæ,
rdinavit Thorulfum Epiſcopum, in
vitate Blaſcona, qui omnium curam
geret.

Inſula Thyle, quæ per infinitum à cæ-
ris ſecreta longe ſita eſt in Oceano,
x, ut inquiunt, nota habetur. De qua
m à Romanis ſcriptoribus, quam à
arbaris multa referuntur digna præ-
cari. Vltima, inquiunt, omnium Thy-
, in qua æſtivo ſolſtitio, ſole cancri ſi-
num tranſeunte, nox nulla, brumali
lſtitio proinde nullus dies. Hoc qui-
am ſenis menſibus fieri arbitrantur.
em Beda ſcribit, in Britannia æſtate
cidas noctes haud dubie repromit-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

tere, ut ſi in ſolſtitio continui dies h
beant ſenis menſibus, noctesque è c
verſo, ad Brumam ſole remoto. Qu
fieri in inſula Thyle Picteas Maſſilien
ſcribit ſex dierum navigatione in Sep
tentrione à Britannia diſtante. Hæc it
que Thyle nunc Iſland appellatur,
glacie quæ Oceanum aſtringit. De qu
etiam hoc memorabile ferunt, quo
eadem glacies ita nigra & arida videa
tur, propter antiquitaté, ut incenſa a
deat. Eſt autem inſula permaxima, ita u
populos intra ſe multos contineat, q
ſolo pecorum fœtu vivunt, eorumq
vellere teguntur: nullæ ibi fruges, min
ma lignorum copia; propterea in ſu
terraneis habitant ſpeluncis, tec
communi & victu & ſtrato gaudent
cum pecoribus ſuis. Itaque in ſimpli
tate ſanctam vitam peragentes, cu
nihil amplius quærant quam natu
concedit, læti dicere cum Apoſtolo po
ſunt, habentes victum & veſtitum, l
contenti ſimus. Nam & montes ſu
habent pro oppidis, & fontes pro de
tiis. Beata, inquam, gens, cujus pa
pertati nemo invidet; & in hoc beati
ma, quod nunc omnes induerunt Ch
ſtianitatem. Multa inſignia in morib
eorum, præcipue Charitas, ex qua p
cedit, ut inter eos omnia ſint cómun

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

m advenis, quam indigenis. Epiſco-
im ſuum habent pro Rege, ad cujus
itum reſpicit omnis populus: quic-
nid ex Deo, ex ſcripturis, ex conſuetu-
ne aliarum gentium ille conſtituit,
oc pro lege habent. De quibus noſter
etropolitanus immenſas Deo gratias
tulit, quod ſuo tempore converte-
antur, licet ante ſuſceptam fidem na-
rali quadam lege non adeo diſcorda-
nt à noſtra Religione. Itaque peten-
bus illis ordinavit quendam ſanctiſſi-
num virum Iſleph. Qui ab eadem re-
ione miſſus ad pontificem, aliquam-
iu apud eum retentus eſt, cum ingenti
rorſus honore, diſcens interea quibus
oviter converſos ad Chriſtum popu-
os ſalubriter poſſet informare. Per
uem tranſmiſit Archiepiſcopus ſuos
pices populo Iſlanorum & Gronlan-
orum, venerabiliter eorum ſalutans
cclesias: pollicens eis propediem ſe
enturum uſque ad illos, ut gaudio ſi-
niliter pleno fruantur. In quibus ver-
is egregia, quam habuit in legatione
ua, voluntas Pontificis laudari debet,
uoniam & Apoſtolũ diſcimus ad præ-
icandum verbum Dei velle in Hiſpa-
iam proficiſci, quod implere non po-
uit. Hæc de Iſland, & de ultima Thyle
eraciter comperi, fabuloſa prẹteriens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Sunt autem plures aliæ in Oceano In-
ſulæ, quarum non minima eſt Gro[n]-
land, profundius in Oceano ſita cont[ra]
montes Suediæ, vel Riphæa juga. A[d]
quam inſulam à littore Nordmann[o]-
rum ferunt vela pandi quinque aut ſe[p]-
tem diebus, quemadmodum ad Iſlan[d].
Homines ibi à ſalo cærulei, unde [et]
Regio illa nomen accepit, qui ſimile[r]
Iſlanis vitam agunt, excepto quod cru-
deliores ſunt, raptuque piratico rem [na]-
gantibus infeſti. Ad eos etiam, ferm[o]
eſt, nuper Chriſtianitatem pervolaſſe.

Tertia eſt Halagland inſula vicinio[r]
Nordmanniæ, verum magnitudine cæ-
teris non impar. Hæc in æſtate circ[a]
ſolſtitium per quatuordecim dies con-
tinuos ſolem videt ſuper terram, & i[n]
hieme ſimiliter per totidem dies ſol[e]
caret. Stupenda res & incognita Bar-
baris, qui neſciunt diſparem longitudi-
nem dierum contingere propter ſoli[s]
acceſſum & receſſum. Nam propte[r]
rotunditatem orbis terrarum neceſſ[e]
eſt, ut ſolis circuitus accedens alibi diem
exhibeat; recedens, alibi noctem relin-
quat. Qui dum aſcenderit ad æſtivale
ſolſtitium, his qui in borea ſunt dies
prolongat, noctesque abbreviat, deſcen-
dens autem ad hiemale ſolſtitium, ſi-
mili ratione facit auſtralibus. hoc igno-
rantes

ntes Pagani, terram illam vocant ſan-
m & beatam , quæ tale miraculum
eſtat mortalibus. Itaque Rex Da-
rum cum multis aliis conteſtatus eſt
c ibi contingere, ſicut in Suedia &
rvvegia, & in cæteris, quæ ibi ſunt,
ſulis.

Præterea unam adhuc inſulam reci-
rit à multis repertam in illo Oceano,
æ dicitur VVinland, eo quod ibi vi-
ſponte naſcantur, vinum optimum
entes. Nam & fruges ibi non ſemi-
tas abundare, non fabuloſa opinio-
, ſed certa Danorum comperimus re-
ione. Poſt quam inſulam terra nulla
venitur habitabilis in illo Oceano,
l omnia quæ ultra ſunt glacie intole-
bili ac caligine immenſa plena ſunt.
ujus rei Marcianus ita meminit: Vl-
a Thyle, inquiens, navigare unius diei
are concretum eſt. Tentavit hoc nu-
r experientiſſimus Nordmannorum
inceps Haroldus. Qui latitudinem
ptentrionalis Oceani perſcrutatus na-
bus, tandem caligantibus ante ora
ficientis mundi finibus , immane
yſſi baratrum retroactis veſtigiis vix
lvus evaſit.

Item retulit nobis beatæ memoriæ
ontifex Adalbertus, in diebus anteceſ-
ris ſui quoſdam nobiles de Freſia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

viros, cauſa pervagādi maris in Borea[...]
vela tetendiſſe, eo quod ab incolis e[...]
populi dicitur, ab oſtio VVirrahæ f[...]
minis directo curſu in aquilonem nu[...]
lam terram occurrere, præter illud m[...]
re quod *Liberſe* dicitur. Cujus rei n[...]
vitate perveſtiganda, conjurati ſoda[...]
à litore Freſonum læto celeumate ſu[...]
progreſſi. Deinde relinquentes hi[...]
Daniam, inde Britanniam, perven[...]
runt ad Orchadas. Quibus à læva c[...]
miſſis, cum Nordmanniam in dext[...]
haberent, longo tractu glacialem Iſlan[...]
collegerunt. A quo loco maria ſulca[...]
tes in ultimum ſeptentrionis axem[...]
poſtquam retro ſe omnes, de quibu[...]
ſupradictum eſt, inſulas viderunt, om[...]
nipotenti Deo & ſancto confeſſo[...]
VVillehado ſuam commendantes au[...]
daciam & viam, ſubito collapſi ſun[...]
in illam tenebroſam rigentis Ocean[...]
caliginem, quæ vix oculis penetrari va[...]
leret. Et ecce inſtabilis Oceani euripu[...]
ad initia quædam fontis ſui arcana re[...]
currens, infelices nautas jam deſpera[...]
tos, immo de morte ſola cogitante[...]
vehemētiſſimo impetu traxit ad chaos[...]
Hanc dicunt eſſe voraginem abyſſi, il[...]
lud profundum, in quo fama eſt om[...]
nes maris recurſus, qui decreſcere vi[...]
dentur, abſorberi, & denuo revomi[...]

quo[...]

uod fluctuatio dici ſolet. Tunc illis ſo-
m Dei miſericordiam implorantibus,
animas eorum ſuſciperet, impetus
e recurrentis pelagi, quaſdam ſocio-
m naves abripuit, cæteras autem re-
omens excurſu longo ab alteris poſt
rga repulit. Ita illi ab inſtanti peri-
lo, quod oculis viderant, oportuno
ei auxilio liberati, toto niſu remorū
ctus adjuvarunt. At jam periculum
liginis evadentes, & provinciam fri-
ris, ad quandam inſulam altiſſimis in
cuitu ſcopulis ritu oppidi munitam
ſperate appulerunt. Quam viſendo-
m gratia locorum aggreſſi, repere-
nt homines in antris ſubterraneis
eridiano tempore latitantes: Præ
orum foribus infinita jacebat copia
ſorum aureorum, & ejuſmodi metal-
rum, quæ rara mortalibus & pretio-
putantur. Itaque ſumpta parte gaza-
m quam ſublevare poterant, læti re-
iges feſtine remeant ad naves. Cum
bito retro ſe venientes contemplati
nt homines miræ altitudinis quos
ſtri Cyclopes appellant; quos ante-
debant canes magnitudinem ſolitam
cedentes. Quorum incurſu unus de
ciis eorum raptus eſt, & in momen-
coram eis laniatus; reliqui vero ſuſ-
pti ad naves evaſerunt, gigantibus

(ut ferebant) pone in altum vocife-
do ſequentibus. Tali fortuna com
Freſones Bremam perveniunt, ubi
brando pontifici ex ordine cuncta
rantes, pio Chriſto & Confeſſori
VVillehado reverſionis & ſalutis
hoſtias immolarunt.

Sunt & alia quæ non incongru
cenda eſſent hoc loco de illo æſtu
ris in die bis citato; quod miracu
præbet omnibus maximum; ita u
qui arcana rerum perſcrutantur Ph
ſici, in dubitationem ejus rei cad
cujus originem ignorant. Cumque
crobius & Beda videantur aliquid
qui, Lucanus autem ſe nihil ſcire fa
tur, diverſi auctores variis pugn
ſentẽtiis: omnes autem incertis ab
rationibus: nobiſque ſufficit cum
pheta clamare: Quam magnifi
ſunt opera tua Domine! omnia in
pientia feciſti, impleta eſt terra po
ſione tua. Et iterum: Tui ſunt cæli
tua eſt terra, & tu dominaris pote
maris, & judicia tua abyſſus mu
ideoque jure dicuntur incompreh
ſibilia.

Hæc ſunt quæ de natura Septent
naliumRegionum comperimus, ad
norem ſanctæ Hammaburgenſis Ec
ſiæ proponenda, quam tanto mu
div

vinæ pietatis præditam videmus, ut
numerabilem populorum multitu-
nem, quorum hæc Metropolis facta
ſt, labore ſuæ prædicationis, ex magna
m parte converſos habeat ad Chri-
ianitatem, ibi ſolummodo ponens
vangelizandi ſilentium, ubi mundus
abet terminum. Quæ ſalutifera gen-
ium legatio, primum à Sancto Anſga-
io incæpta, proſperis ſemper uſque in
hodiernum diem aucta eſt incremen-
is, uſque ad tranſitum magni Adal-
berti, per annos circiter ducentos qua-
draginta.

Ecce illa ferociſſima Danorum, ſive Nordmannorum, aut Sueonum natio, quæ, juxta beati Gregorii verba, nihil aliud ſcivit niſi barbarum frendere, jamdudum novit in Dei laudibus Alleluja reſonare. Ecce populus ille piraticus, à quo totas olim Galliarum & Germaniæ provincias legimus depopulatas, ſuis nunc finibus contentus eſt, dicens cum Apoſtolo: Non habemus manentem hic civitatem, ſed futuram inquirimus, & credimus videre bona Domini in terra viventium. Ecce patria illa horribilis ſemper inacceſſa propter cultum Idolorum, & Scythicæ non mitior ara Dianæ, depoſito jam naturali furore, prædicatores veritatis ubique

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

certatim admittit, deſtructiſque I[illegible]
monum aris, Eccleſiæ paſſim erig[illegible]
tur, & nomen Chriſti communi ab[illegible]
mnibus effertur præconio. Nimiru[illegible]
hæc eſt mutatio dexterę Excelſi, & ta[illegible]
velociter currit ſermo Dei omnipot[illegible]
tis, ut à ſolis ortu & occaſu, ab aqui[illegible]
ne & mari laudabile ſit nomen Dom[illegible]
ni, & omnis lingua confiteatur, qu[illegible]
Dominus Ieſus Chriſtus in gloria [illegible]
Dei patris, cum patre & ſancto ſpiri[illegible]
vivens & regnans per omnia ſæcula ſ[illegible]
culorum. Amen.

II.

SAXONIS GRAMMATICI
Florentiſſimi rerum Danicarum
ſcriptoris,

COMMENTARIOLVS
De regnorum Aquilonarium ſitu & natura.

DANIAE itaque extima par[illegible] tim ſoli alterius confinio limi[illegible] tantur, partim propinqui ma[illegible] ris fluctibus includuntur. In[illegible] terna vero circumfuſus ambit Ocea[illegible] nus: qui ſinuoſis interſtitiorum anfra[illegible] ctibus nunc in anguſtias freti contra[illegible] ctioris evadens, nunc in latitudinem [illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

nu diffuſiore procurrens, complures
ıſulas creat. Quo fit, ut Dania med is
elagi fluctibus interciſa, paucas ſolidi
ontinuiq; tractus partes habeat: quas
nta undarum interruptio pro varia
eti reflexioris obliquitate diſcriminat.
x his Iutia granditatis inchoamentiq;
atione Danici regni principium tenet:
uæ ſicut poſitione prior, ita ſitu por-
ectior Theutoniæ finibus admovetur.
cujus complexu fluminis Eydori in-
rrivatione diſcreta, cum aliquanto
aritudinis excremento, ſeptentrionem
erſus in Norici freti littus excurrit. In
ac, ſinus qui Lymicus appellatur, ita
iſcibus frequens exiſtit, ut non minus
limentorum indigenis, quam ager o-
nnis exolvere videatur. Huic etiam
reſia minor adjacet, quæ à Iutiæ pro-
ninentia ſubſidentium camporum ac
remii devexioris inclinata receſſu, ma-
imos frugum proventus beneficio O-
ceani inundantis aſſequitur. Cujus re-
luxionis vis, plus utilitatis an periculi
ncolis afferat, ambiguum extat. Siqui-
dem tempeſtatis magnitudine perru-
ptis æſtuariis quibus apud eos mariti-
mi fluctus intercipi ſolent, tanta arvis
ındarum moles incedere conſuevit, ut
nterdum non ſolum agrorum culta,
verumetiam homines cum penatibus
obruat.

obruat. Poſt Iutiam inſula ad Orien-
tem verſus Fionia reperitur, quam a
continenti anguſti admodum æquoris
interjectus abrumpit. Hæc ſicut ab
occaſu Iutiam, ita ab ortu Sialandiam
proſpectat, conſpicua neceſſariarum
rerum ubertate laudandam. Quæ in-
ſula amœnitate cunctas noſtræ regio-
nis provincias antecedens, medium
Daniæ locum obtinere putatur: ab ex-
timæ remotionis limite pari ſpaciorum
intercapedine diſparata. Ab hujus or-
tivo latere occaſivum Scaniȩ media pe-
lagi diſcindit interruptio: opimam præ-
dæ magnitudinem quotannis piſcan-
tium retibus adigere ſoliti. Tanta ſiqui-
dem ſinus omnis piſcium frequentia
repleri conſuevit, ut interdum impa-
cta navigia vix remigii conamen eri-
piat, nec jam præda artis inſtrumento,
ſed ſimplici manus officio capiatur.
Cæterum Hallandia ac Blekingia ab
integritate Scaniæ, ceu rami duplices
ex unius arboris ſtipite promeantes,
Gothiæ Norvagiæque, longe declina-
tionis ſpaciis, diverſiſque receſſuum
interſtitiis, adnectuntur. Verum apud
Blekingiam apta meantibus rupes mi-
randis literarum notis interſtincta
conſpicitur. Siquidem à meridiano ma-
ri in deſerta Verendiæ petroſa porrigi-
tur

r ſemita, quam binæ lineæ exiguo diſ-
etæ ſpatio protractis in longum du-
ibus ampleċtuntur. Inter quas me-
o loco planum, factis ad legendum
guris, undique ſecus exaratum oſten-
tur. Quod licet adeo ſitu inæquale
iſtat, ut modo montium alta proſcin-
it, modo vallium ima prætereat, eo-
m tamen tenore literarum veſtigia
rvare dignoſcitur: quarum ſignifica-
onem Rex Voldemarus Sancti Ka-
uti fauſta proles admirationis cauſa
gnoſcere cupiens, miſit qui rupem
rmeantes, patentium illic characterũ
riem curioſiori indagatione collige-
nt, ac poſtmodum virgulis quibuſ-
am ſub iiſdem formarum apicibus ad-
otarent. Qui ideo nihil ex eis inter-
etamenti comprehendere potuerũt,
uod ipſa cælaturæ concavitas partim
eno interlita, partim commeantium
leſa veſtigiis, figuratæ protractionis
eciem obtrito calle cõfuderat. Vnde
nſpicuum eſt, etiam petrinę ſolidita-
s rimas diutino madore complutas
it ſordium colluvione, aut irrigua
imborum inſtillatione, concreſcere.
t quoniam regio hæc Suetiam Nor-
agiamque tam vocis quam ſitus affi-
itate complectitur: earum quoque
cut & Danię partes ac climata memo-
rabo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

rabo. Quæ provinciæ Septentrio[...]
polo ſubjectæ, bootemque & arc[...]
reſpicientes, ipſum frigentis zonæ [...]
rallelum ultima ſui porrectione c[...]
tingunt. Poſt quas humanis ſedibu[...]
cum inuſitata algoris ſævitia non [...]
linquit. Ex quibus Norvagia ſaxei [...]
deformitatem naturæ ſortita diſcri[...]
ne, rupibus infœcunda ac ſcopulis [...]
dique ſecus obſita, glebarum vaſti[...]
triſtes locorum ſalebras repræſen[...]
In cujus parte extima ne noctu quid[...]
diurnum ſydus occulitur, ita ut co[...]
nui ſolis præſentia alternos horar[...]
dedignata ſucceſſus utrique temp[...]
pari luminis adminiſtratione deſerv[...]
Ab hujus latere occidentali inſula, q[...]
glacialis dicitur, magno circunfuſa[...]
peritur Oceano, obſoletæ admod[...]
habitationis tellus, rerumque veri[...]
dem excedentium, & inſolitorum [...]
ventuum miraculis prædicanda. I[...]
fons eſt qui fumigantis aquæ vitio, [...]
tivam rei cujuſlibet originem dem[...]
tur. Sane quicquid fumi hujus [...]
halatione reſpergitur, in lapideæ na[...]
ræ duritiam tranſmutatur. quæ [...]
mirabilior an periculoſior exiſtat, [...]
dubio poſitum conſtat: cum fluida[...]
aquæ teneritudinem tantus obſid[...]
rigor, ut admotum quidlibet fumic[...]

q

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ejus vapore perfuſum, in lapidis
rietatem, forma duntaxat ſuper-
, ſubita converſione tranſmutet.
emque complures alii latices refe-
ur: qui modo creſcentis lymphæ
is adaucti, pleniſque exundantes
is, crebras in ſublime guttas jaciũt,
lo torpentibus ſcatebris vix ab imo
ſpecti profundis ſubductioris terræ
bulis abſorbentur. Quo fit ut exu-
antes proxima quæque ſpumarum
dore conſpergant; exinaniti nullo
s ingenio capiantur. In hac itidem
la mons eſt qui rupem ſyderеam
petuæ flagrationis æſtibus imitatus,
endia ſempiterna jugi flammarum
ctatione continuat. Cujus rei ad-
ratio ſupradictis æquatur, cum tel-
extremis ſubjecta frigoribus tan-
aloris fomentis exuberet, ut ignium
rennitatem arcanis inſtruat nutri-
entis, æternumque fovendis ardori-
s præbeat incentivum. Huic etiam
ulæ certis ſtatutiſque temporibus
finita glaciei advolvitur moles: quæ
m adventans ſcabris primum cau-
bus illidi cœperit, perinde ac remu-
entibus ſcopulis fragoſæ ex alto voces
varii inuſitatæ conclamationis ſtre-
tus audiuntur. quamobrem animas
o nocentis vitæ culpam ſuppliciis ad-
dictas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

dictas, illic algoris magnitudine c
ctorum pendere pœnas exiſtimat
eſt. Hujus itaque molis exciſa partic
quantiſcunque nodorum condulis
ſeretur, mox ut ſupradicta glacies te
avellitur, clauſtra cuſtodiamq; fruſ
tur. Stupet animus admiratione
nus, dum res inextricabilibus ſeris
ſita ac multiplici impedimentor
perplexione concluſa, ſic molis cu
pars erat diſceſſum inſequitur, ut c
nem obſervationis diligentiam in
tabilis fugæ neceſſitate decipiat. Eſ
illic aliud glaciei genus montium ju
ac rupibus interſertum, quod ce
vicibus conſtat ſuperioribus ad ima
jectis, infimiſque rurſum ad ſupe
reflexis, verſili quadam mutatio
tranſponi. In cujus aſſertionis fid
affertur, quod quidam, dum planu
forte glaciale percurrerent, in objec
voragines hiantiumq; rimarum pen
provoluti, paulo poſt exanimes fueri
nulla glaciei rimula ſuperſtante, repe
Quamobrem à compluribus exiſtim
ſolet, quod quos fundæ glacialis ur
deſorbuit, eoſdem poſtmodum ſu
nata reddiderit. Illic etiam fama
peſtilentis undæ laticem ſcaturire, q
quis guſtato perinde ac veneno pr
ſternitur. Sunt & alii fontes, quoru
ſcateb

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

tebra cerealis poculi proprietatem
itari perhibetur. Sunt & ignes qui
m linum conſumere nequeant,aquæ
olliciem depaſcuntur. Eſt & ſaxum
uod montium prærupta non extrin-
ca agitatione, ſed propria nativaque
otione pervolitat. Et ut paulo altius
orvagiæ deſcriptio replicetur: Scien-
um, quod ab ortu Suetiæ Gothiæque
ontermina,aquis utrinque ſecus ocea-
i vicinantis includitur. Eadem à ſe-
tentrione, regioné ignoti ſitus ac no-
ninis intuetur, humani cultus exper-
em, ſed monſtruoſæ novitatis populis
bundantem. quam ab adverſis Nor-
agiæ partibus interflua pelagi ſepara-
it immenſitas.Quod cum incertæ na-
igationis exiſtat, perpaucis eam ingre-
entibus ſalutarem reditum tribuit.
æterum Oceani ſuperior flexus Da-
iam interſecando prætermeans, Au-
ralem Gothiæ plagam ſinu laxiore
ontingit: inferior vero meatus, ejus,
orvagiæque latus ſeptemtrionale prę-
triens, ad ortum verſus magno cum
titudinis incremento ſolido limita-
ur anfractu. quem maris terminum
entis noſtræ veteres Granduicum di-
ere.Igitur inter Granduicum & meri-
anum pelagus breve continentis ſpa-
um patet,maria utrinque ſecus allapſa

proſpectans: quod niſi rerum natu
limitis loco congreſſis pene fluctib
objeciſſet, Suetiam Norvagiamq;
conflui fretorum æſtus in inſulam
degiſſent. Harum ortivas partes Skr
finni incolunt. Quæ gens inuſitatis
ſueta vehiculis mõtium inacceſſa ver
tionis ardore ſectatur:locorumq; co
placitas ſedes cõpendio lubricæ flex
nis aſſequitur. Neq; enim ulla adeo r
pes prominet quin ad ej9 faſtigium c
lida curſus ambage perveniat. Primo
quidem vallium profunda relinque
ſcopulorum radices tortuoſa giratio
perlabitur: ſicque meatum crebræ d
clinationis obliquitate perflectit don
per ſinuoſos callium anfractus deſtir
tum loci cacumen exſuperet. Eade
apud finitimos, mercium loco, quoru
dam animalium pellibus uti conſuev
Suecia vero Daniam ab occaſu Norv
giamque reſpiciens, à meridie & mul
orientis parte vicino præteritur oce
no. Poſt quam ab ortu quoque mul
plex diverſitatis barbaricæ conſert
reperitur. Danicam vero regionem g
ganteo quondam cultu exercitam, e
miæ magnitudinis ſaxa veterum buſ
ac ſpecubus affixa teſtantur. Quod
quis vi monſtruoſa patratum ambiga
quorundam mõtium excelſa ſuſpicia
dica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

dicatque, ſi callet, quis eorum vertici-
bus cautes tantæ granditatis invexe-
it. Inopinabile namque quivis mira-
uli hujus æſtimator advertet, ut mo-
em ſuper plano minime vel difficile
nobilem, in tantum montanæ ſubli-
nitatis apicem ſimplex mortalitatis la-
or aut uſitatus humani roboris cona-
us extulerit. Vtrum vero talium re-
um auctores poſt diluvialis inunda-
ionis excurſum gigantes extiterint:
n viri corporis viribus ante alios præ-
iti: parum notitiæ traditum. Talibus,
t noſtri autumant, ſubitam miran-
amque, nunc propinquitatis, nunc
bſentiæ poteſtatem comparendique
: ſubterlabendi viciſſitudinem verſi-
corporum ſtatus indulget. qui ho-
eque ſcrupeam inacceſſamque ſolitu-
nem (cujus ſupra mentionem feci-
nus) incolere perhibentur. Ejuſdem
litus horrendi generis periculis obſi-
ıs raro ſui expertoribus incolumita-
em regreſſumque conceſſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

III.

ERICI
DANIÆ REGIS
VVRATISLAI VII DVCIS
POMERANIAE F.

Hiſtorica narratio, de origine genti[s] Danorum, & de Regibus ejuſdem gentis, deque eorundem rebus geſtis,

Ex codice manu deſcripto recognita, & ſexcentis in locis debitæ integritati reſtituta.

DANI, ut teſtantur veteres Hiſtoriographi, tempore Saruch proavi Abrahæ, regnum quod nunc Dania dicitur, intraverunt, venientes de Gothia. Qui quidem Gothi, ut dicit Papias, de Gog filio Iaphet orti ſunt. Quod autem quidam dicunt Danos à Danaitis, id eſt, Græcis veniſſe, veriſimile eſt, ſed uſquequaque certum non eſt, niſi ab initio dicti ſunt Dani, ſed quælibet terra habuit nomen ſpeciale, quod habet adhuc, donec tempore David regis habuerunt regem Dan: nam tẽpore illo, Dan filius Hum-

bi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

le de Suecia veniens, regnavit ſuper ialandiam, *Mönen*, Falſter & Laland, ujus regnum dicebatur *Witheſleth*. Eo empore Rex quidam potentiſſimus ad ivadendum Iutos venit. Quo audito, iti timentes valde, locum qui adhuc *ovverki* dicitur, foſſatis & fragis lineis munierunt, miſeruntque nunios ad Dan regem VVitheſleth, ut eis erret auxilium, pollicentes ei, victoiam ſi reportaret, dominium ſuper ſe. Qui cum ſuis veniens, apud Kovverki oſtibus occurrit, occiſis plurimis, & eliquis in fugam actis. Dominus Iutoum factus Dan, cum Iutis Fioniam, caniam, ac omnes alias Inſulas Daniæ ibi ſubjugavit, & poſtmodum comnuni omnium decreto, regnum ſuum Daniam, & incolas Danos, à ſe qui Dan dicebatur, appellavit.

I. Primus ergo Danorum Rex fuit DAN, filius Humble, à quo Dani & Daia nomen habet: Dan ergo primus Rex fuit pugil fortiſſimus & giganteus; unctis in circuitu terribilis, & prælia lariſſima geſſit hinc inde. Huic ſucceſit ſecundus.

II. HVMBLE filius ejus. Hic erat vaus & iners, & pauca notabilia fecit: inde *Lother* frater ejus, facta conſpiatione Danorum contra fratrem,

eum de regno depoſuit & pro eo re-
gnavit.

III. Tertius LOTHER nimis duru
fuit incolis regni, & in multis ſe nequi-
ter geſſit, & ideo tyrannidem ejus Da-
non ferentes, eum occiderunt. Hui
ſucceſſit *Skiold* filius ejus.

IV. SCHIOLD. Iſte antequam habe-
ret quindecim annos ætatis, occurren
ſolus magno urſo, eum cingulo ſuo liga-
vit. Hic primo Teutonicos Danis ſub-
jugavit & ſervire fecit ſub tributo, &
multa ſtrenue geſſit. Huic ſucceſſit fi-
lius ejus *Gram*.

V. GRAM, à quo Gramhæreth di-
citur. Iſte cum quodam gigante in Sue-
cia pugnans, ſolus occidit eum. Regem
etiam Sueciæ occidit, & ſedecim fra-
tres ejus: & Sueciam tributariam Da-
nis fecit. Poſtea cum *Suibdager* Reg-
Nordmannorum bellum geſſit. Hui
ſucceſſit in regnum Suibdager, qu
eum occiderat.

VI. SVIBDAGER. Iſte ex patre Danu-
fuit, & ex matre Noricus, qui patrem
proprium in Norvvegia regnantem, d-
regno expulit, & pro eo regnavit. Hunc
in Dania regnantem occidit *Haddin-
ger*, filius *Gram*, in ultionem patris, &
pro eo regnavit.

VII. HADDINGER filius *Gram*. Iſt

regem

em Sueciæ & Helleſponti interfecit, rvvegiam & urbem Dymin ſubjurit, & multa clariſſime fecit, & poſt ltas victorias indignum ducẽs mori ecto quaſi pecus, propter laudem ndi, & poſteritatis memoriam, ſum ſuſpendit. Huic ſucceſſit *Frothi* us ejus.

VIII. FROTHI GEFMILDE. Iſte poſtam ſeipſum & totum regnũ in bellis pauperaverat, audito quod in VVensyſel, draco quidam ſuper theſau- jaceret, draconem ſolus adiit,& ſuratum occidit, acceptiſque theſauris ttanniam,quæ nunc dicitur Anglia, otiam, Teutoniam, Slaviam, Ruſm̃, & plurimas alias terras ſubavit. Poſtmodum in Scania puans, non manibus inimicorum, ſed u & pondere armorum ſuffocatus eriit. Huic ſucceſſit *Haldanus* filius s.

IX. HALDANVS. Iſte cupiditate reandi omnes fratres interfecit. Huic ceſſit *Roë* filius ejus.

X. ROE. Iſte tranſtulit civitatem, æ prius dicebatur *Hagekioping*, de o qui dicitur *Hagebierg*, & ædifins eam in portu *Yſefiord*, vocavit *eskilde*, ſermone compoſito ex none ſuo, & ex fonte, juxta quem ſita

eſt. Huic ſucceſſerunt duo filii ej
Haldan & *Helgi*.

XI. HALDAN & HELGI. Iſti di
ſerunt inter ſe regnum; ita ut *Hald*
regnaret in terra, & *Helgi* in mari. H
dan vero pauca notabilia fecit. Hu
ſucceſſit *Helgi* frater ſuus.

XII. HELGI Rex maximus. Iſte ſt
nuus bellator, *Hothbrodum* regem Su
ciæ occidit. Teutonicos tertium ſubj
gavit, & marinis diſcurſibus multa a
dua perpetravit. Hic ad portum que
dam Lalandiæ veniens, filiam cujuſda
ruſtici, nomine *Rolf Karl*, ſibi addu
fecit, de qua filiam genuit nomine Th
ra, ex qua dicta eſt Thororum inſu
quia ibi ſepulta eſt. Iterumque poſt
annos illuc veniens, prædictam filia
adduci fecit, neſciens quod filia ſua
ſet, ex qua genuit filium nomine *R*
Kraki. Cumq; hoc poſtea cognoviſſ
præ nimia verecũdia ſe ipſum ſuſpẽd

XIII. ROLF KRAKI, filius *Helgi*.
pſe poſt multas præclaras victorias
Hiartvvaro Comite Scaniæ, qui ſor
rem ejus habuit in uxoré, in lecto ſ
proditioſe eſt occiſus, in *Lethra* Cu
regali, in Selandia, cum quo & *Biar*
& *Hialti*, pugiles clariſſimi, cum tc
familia regia ſunt occiſi. Huic ſucce
Hotherus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

XIV. HOTHER. Iſte invenit in odam nemore Sueciæ gladium, qui mming dictus eſt, cum quo *Balder* cidit. Ab iſto *Hother* villa *Hotherſlef* ta eſt, & illuc fugiens, occiſus eſt à *o* Rege Sueciæ. Huic ſucceſſit *Rörik* ius ſuus.

XV. RÖRICH. Huic ſucceſſit *Horvendel.*

XVI. HORVVENDEL. Iſte vir valde ctorioſus erat, & multa præclara geſt. Hunc occidit frater ſuus *Fengi;* & gnavit.

XVII. FENGI. Iſte copulavit ſibi uorem fratris occiſi. Hunc occidit *Ambletus* filius dicti *Horvvendel* in ultonem patris,& cum eo omnes meliores regni, cum tota Curia regali combuſſit, ita, quod unus ſuperſtes non uit.

XVIII. AMLETHVS, qui vir aſtutiſſimus erat, regemque Angliæ bello occidit, & Daniam, Angliam,& Sueciam, n ditione ſua tenuit. Hunc *Wichletus* Rex Norvvegiæ vitricus ejus occidit in öreſund, in prælio, & regnavit.

XIX. VVICHLETHVS. Iſte accepit uxorem *Ambleti*, propria uxore repudiata. Huic ſucceſſit filius ejus *Wermundus hin blinde.*

XX. VVERMVNDVS *Blinde.* Hic vir

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

bellicoſus erat. Hujus tempore *Ket*e
Wiggo filii *Frovvini* præfecti Slesvvic
ſis occiderunt Athiſlum Regem S
ciæ, in ultionem patris ſui. Huic ſ
ceſſit Vffo Starke filius ejus.

XXI. VFFO *Starcke*. Iſte à ſepti
anno ætatis, uſque ad trigeſimum
luit loqui; quouſque in loco, qui adh
Kunengikamp dicitur, ſuper Eydora
cum filio regis Teutonicorum & m
liore pugile totius Teutoniæ ſolus c
tans, ambos occidit, & ſic conditio
utriuſque gentis, Teutonia Danis ja
quarto tributaria facta eſt. Huic ſucc
ſit *Dan* filius ejus.

XXII. DAN. Huic ſucceſſit *Hugl*
hin Lilde.

XXIII. HVGLET. Iſte occidit *Ha*
mothum & *Hægrinum* tyrannos Su
ciæ. Huic ſucceſſit *Frothi*.

XXIV. FROTHI *hin Frecne*. Iſte in
terfecit *Frogerum* regem Norvvegiæ,
decem duces ejus. Huic ſucceſſit *Da*
filius ejus.

XXV. DAN. Iſte ſeptimo anno a
tatis ſuæ Teutoniam jam quintum tri
butariam Danis fecit. Huic ſucceſſi
Frithlevus.

XXVI. FRITHLEVUS. Iſte urbem
Difflinum & Britanniam ſubjugavit
Huic ſucceſſit *Frothi* filius ejus.

XXVII. FRO

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

XXVII. FROTHI *hin Fredegode.*
jus tempore IeſusChriſtus natus eſt.
ſubjugavit Sueciam, Britanniam,
berniam, Scotiam, Norvvegiam,
oniam, Friſiam, Vngariam, & om-
Orientis uſque ad Græciam, quo-
n reges & incolæ omnes ſervierunt
Hujus tempore venit in Daniam
ich Orthiloghe & Rolf frater ejus, fi-
Regneri. Illi interfecerunt *Grep* cum
inq; fratribus ſuis. Contra huncFro-
venit rexHunorum cum aliis 69 re-
bus, qui ex ſe 6 reges fecerant duces
lli. Quorum quilibet habuit ſub ſe
oo navium, & quælibet navis ha-
bat 300 armatos. Summa navium
ooo. Summa virorum, novies mille
illia hominum. Hos omnes occidit
othi, pugnans cum eis in mari juxta
eking. Hic tantam pacem in regno
o fecit, quod unam armillam auream
xta *Eydoram*, alteram juxta *Scanoër*,
tertiam juxta *Warthtingborg* in via
mmuni ſuſpendit, nec erat qui eam
octe vel die auderet tollere. Hunc oc-
dit una vetula. Huic ſucceſſit *Hiarno*
kialdre.

XXVIII. HIARNO. Iſte modico
empore regnavit; occidit enim eum
rithlevus filius *Frothi Fredegothe.*

XXIX. FRITHLEVUS filius *Frothi*
Frede-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Fretegote. Iſte occidit *Amundum* [...]
gem Norvvegiæ & unum dracon[...]
Poſt quem *Frothi* filius ejus regnavi[...]

XXX. FROTHI hin Frekne. Hu[...]
tempore venit *Stercaterus* filius *S*[...]
vværki in Daniam, qui interfecit *V*[...]
ſinum gladiatorem apud Ruſciam,[...]
Tanam gigantem apud Bizantium,[...]
in Polonia *VVaſe* pugilem, & in Sax[...]
nia *Hamam* pugilem, & Teutonicis [...]
feſtiſſimus fuit adverſarius, & mu[...]
eis opprobria intulit. Iſte *Frothi* Teu[...]
niam jam ſexto ſubjugavit; & mu[...]
alia præclara armis fecit. Hunc *Frot*[...]
nem occidit *Suertingus*. Huic ſucce[...]
filius ejus *Ingellus*.

XXXI. INGELLVS. Hujus tempo[...]
Stercather interfecit ſeptẽ filios *Svv*[...]
tingi, in ultionem regis Frothi. Ipſi[...]
etiam tempore occidit *Arganturi*[...]
cum ſeptem fratribus. Huic ſucceſ[...]
Olaf filius ejus.

XXXII. OLAF. Huic ſucceſſit *H*[...]
raldus filius ejus.

XXXIII. HARALDVS. Hunc o[...]
cidit frater ſuus *Frothi Rothbachne*, [...]
regnavit.

XXXIV. FROTHI *Rothbachne*. Hu[...]
interfecit *Haldan* hin Biergram fili[...]
ſui fratris Haraldi, in ultionem patr[...]
ſui.

XXXV. HAL[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

XXXV. HALDAN *Biergram.* Iſte
nuus pugil fuit; unde provocatus à
valdo pugile Sueciæ, ut contra eum
ſeptem filios ejus dimicaret, acce-
vit, & omnes pariter occidit. Abje-
enim gladio, quercum radicitus
lſit, & cum ea omnes conquaſſavit.
a quoque vice cum quodam gigante
Suecia, qui habebat undecim cubi-
altitudinis, nomine *Harthbeen*, di-
cans, occidit eum, & cum eo duode-
n contubernales ejus, & multa alia
æclare fecit. Huic ſucceſſit *Vngvin*
ter ejus.

XXXVI. VNGVIN. Huic ſucceſſit
vvald filius ſuus.

XXXVII. SIGVVALD. Hujus tem-
re *Sterkather* fugit de prælio. Hunc
cidit *Hako*. Huic ſucceſſit *Sigerus*
us ejus.

XXXVIII. SIGERVS. Hic conſti-
it bellum contra *Hakonem*, in quo
ſe & *Hako* pariter corruerunt. Huic
cceſſit *Sivvald* filius ejus.

XXXIX. SIVVALD, poſt cujus
ortem regnum Danorum in quin-
ue regna diviſum eſt. *Borgardus*, qui
abuit filiam *Sivvardi*, nomine *Role*,
uxorem, regnavit in Scania. *Hunden-*
er in Sialandia. Iſte ſemper impedien-
o alios perdidit, & defendendo ſe vi-
cit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

cit: unde & ex eo tractum eſt pro
bium illud: *Hund er hiemme rigeſt.*
regnavit in Fyonia. *Hother* in Sur
Iutia. *Reyner* in Nor-Iutia.

XL. HALDANVS *hin Serke* ſur
poſt *Borchardum* in regnum, &
valde ſtrenuus in armis. Hunc oc
VVeſetus in Sialandia. Huic ſucc
Harald Hildetan filius *Borchardi.*

XLI. HARALD HYLDETAND.
hos quinque reges occidit, & ita
tens factus eſt, quod omnes reges
tra mediterraneum mare ferebar
tributum; cui cum *Ringer*, nepos
rex Sueciæ, tributum negaret, Suec
intravit, ibique in bello corruit, &
eo corruerunt *Vbbo* rex Friſonum
alii plures reges, & 30 nobilium de e
citu ſuo. De exercitu vero *Ringer*
12 procerum corruerunt. Ibi cum
raldo pugnaverunt 300 virgines,
Skioldmöer dictæ ſunt; quarum ve
lum portavit *Hether*, quæ poſtea c
tatem ædificans *Hæterby* appella
Huic *Haraldo*, poſtquam 50 annis
gnaverat, ſucceſſit ei idem *Ringer*
pos ſuus.

XLII. RINGER. Huic ſucce
Harald frater ſuus.

XLIII. HARALD. Huic ſucce
Oli frater ſuus.

XLIV. C

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

XLIV. OLI *hin Fracker*. Hic adeo
lis erat, quod ſcanſorium ad ſellam
bere noluit. Iſte adeo efferus fuit,
od *Starchaterum* ſolo viſu ſuper ge-
a proſtravit, Hic etiam Sueciam in-
vit, & provocatus ad ſingulare cer-
men, primo die contra unum pugna-
, 2 die contra duos, 3 contra tres,
contra quatuor, 5 contra quinque,
ſic uſque ad 11. & omnes ſuperatos
cidit. Qui dum in *Latra* curia Sia-
diæ ſederet in balneo, venit Starcha-
magno pondere auri corruptus à
ge Sueciæ, & petita licentia loquendi
quid ſecrete regi, acceſſit, regemque
hil mali ſuſpicantem gladio transfo-
. unde præ nimia verecundia, poſt
m vilem tanti viri occiſionem, ſe à
hrymis numquam potuit contine-
donec idem pondus auri, quod ac-
perat, occiſori ſuo, ut eum occideret,
pendiſſet. Huic *Oli* ſucceſſit *Omun-
r* filius ejus.

XLV. OMVNDER. Hujus tempore
tarchcather ſenio confectus indi-
um reputans more aliorum homi-
im in lecto mori ſine gladio, & præ-
pue propter occiſionem *Oli* regis,
ultis precibus perſuaſit cuidam *Ho-
ver*, cujus patrẽ ipſe occiderat, ut eum
cideret, objiciens ei quod patrem ejus
occi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

occiderat, quod ille vindicare ten-
tur; obtulitque inſuper memoram
pondus auri, pro mercede, & ſic C
victus ſpe mercedis & zelo vindic
patrem *Starcatherum* gladio prop
qui *skum* dicebatur, præciſa cervice
cidit apud pontem Scaniæ, qui *V-l-
lingbrooe* dicitur, accinctuſque glad
pontem tranſiens, cum eſſet in me
pontis, *skum* de vagina in aquam
cidit, nec inde levari potuit uſque
præſens; tamen aliquando videtur
in deflexu aquæ. Iſte *Stercather* v
de Suecia tempore regis Ingelli, port
congeriem carbonum in dorſo ac-
cuendum, quemadmodum ipſe per
cum dicere ſolebat, naſum dicti re
ut vindicaret patrem ſuum. Idem St-
cather pertranſiit multas partes o
pro prælio ſingulari: Vnde & Gr
imaginem ejus æream in Italiam m
runt, dicentes eos non poſſe ei reſi
re, niſi haberent unum qui poſſet
gnare cum tali pugile. Hujus dens
Henricum Æmalthorp militem de I
nia in Teutoniam eſt portatus pro m
raculo, habens ſex pollices in magni-
dine. Poſt *Ommunder* regnavit *Sivv*
filius ejus.

XLVII. SIVVARD. Huic ſe opp
ſuit *Simon* præfectus Scaniæ, & tand

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

nvenerunt in prælium, in quo utriſ-
e viriliter certantibus principes am-
corruerunt. Poſt quem regnavit fra-
ejus *Butel*.

XLVIII. BVTEL. Poſt hunc re-
avit *Iarmarus* filius Sivvardi.

XLIX. IARMARVS. Iſte valde belli-
ſus erat: intravit enim Slaviam cum
ercitu, & *Yſmarum* regem Slavorum
cidit, & totá Slaviam vaſtavit. Poſt-
Helleſpontici Daniam cum exerci-
intraverunt, quibus *Iarmarus* rex oc-
rrere non audens, munivit montem
aritimum Scaniæ, qui *Kolle* dicitur,
ique cum melioribus regni ſe incluſit.
andem cum regnum vaſtaſſent, exi-
t ad eos, & negocium fortunæ com-
ittens, commiſit cum eis prælium in
reſund, ibique corruit. Huic ſucceſſit
rother frater ejus.

L. BRODER. Poſt quem regnavit
ivvald.

LI. SIVVALD. Huic ſucceſſit *Snio*
lius ejus.

LII. SNIO. Hujus tempore tanta fa-
es erat in Dania, quod ex edicto re-
is omnes viri & mulieres, non apti ad
ortandum arma in bellis, occideban-
ur. Tandem ex conſilio cujuſdam
mulieris Scanienſis nomine *Magge*,
quilibet nonus homo exivit de regno,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

& omnes terras obtinuerunt uſque R[illegible]
maz. Iſti propter longas barbas, d[illegible]
ſunt *Longobardi*, qui tandem terra[illegible]
quæ nunc *Longobardia* dicitur, intr[illegible]
verunt, ibique remanſerunt. Poſt[illegible]
tempore Caroli Magni Apuliam ob[illegible]
nuerunt, ibique uſque hodie maner[illegible]
Anno Domini 637 exierunt de Dar[illegible]
Dani qui modo dicuntur *Longobar*[illegible]
Poſt *Snio Biorn* regnavit.

LIII. BIORN. Huic ſucceſſit fili[illegible]
Haraldus.

LIV. HARALDVS. poſt quem *Gorm*[illegible]
filius ejus.

LV. GORM. Iſte erat mirabilis inveſt[illegible]
gator novarũ rerum, unde & aſſumpt[illegible]
400 probiſſimis ſatellitibus, navigav[illegible]
verſus Aquilonem ad ſedem *Geruth*[illegible]
ubi vidit ſtupenda mirabilia, & mult[illegible]
pericula paſſus eſt. Tandem conſum[illegible]
ptis omnibus ſociis uſque ad 30 pe[illegible]
diverſa monſtra, vix cum vita in Da[illegible]
niam rediit. Huic ſucceſſit *Godric* filiu[illegible]
ejus.

LVI. GODTRIC *hin giefmilde*, qu[illegible]
& *Godefrith* dictus eſt. Hic bellicoſiſſi[illegible]
mus erat, & totam Teutoniam jam[illegible]
ſeptimo tributariam fecit. Subjugavi[illegible]
etiam Sueciam & Friſiam.

Anno Domini 776 venit *Carolu*[illegible]
Imperator cum toto imperio ſuo con[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Godefrith regem Daniæ, cui idem
defrith ultra Albiam occurrẽs fugavit
rolum de Saxonia, & eam totam va-
vit, quod eodem anno Saxonia con-
rſa fuerat ad fidem Chriſti per Caro-
m, poſtquam contra Francos 36 an-
continuis pugnaverat. Poſtea idem
defrith fugato Imperatore & Saxo-
a vaſtata, ibidem à proprio milite
ltro transfixus eſt in ventre. Poſt ip-
m regnavit *Olaf* filius ejus.

LVII. OLAF dictus *Goddreng*. Huic
cceſſit *Henning* filius ejus.

LVIII. HENNING regnavit 28 an-
s, qui cum Imperatore pacem faciens,
doram terminum regni ſui accepit.
uic ſucceſſerunt duo reges, *Ring* &
ivvardus. *Ring* regnavit in Iutia.

LIX. SIVVARDVS regnavit in inſu-
. Iſti duo reges inter ſe diu pugnave-
nt, & tandem in bello mutuo ambo
orruerunt; quibus ſucceſſit in regnum
eyner filius *Ring*.

LX. REINER *Lodbroch*. Iſte ſubjuga-
t Angliam, Scotiam, Hyberniam,
orvvegiam, Svveciam, Teutoniam,
aviam, Ruſciam & omnia regna oc-
dentis; ita quod 9 filios ſuos ſingu-
s, in ſingulis terris reges fecit, & ipſe
e uno regno in aliud inter eos per-
anſivit. Tandem in Hybernia occiſus

 eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

eſt, & filii ejus fere omnes in diver
locis ſunt occiſi. Hic per 10 annos u
bes Franciæ vaſtavit, & Pariſiis venie
in Eccleſia ſancti Germani, & Aqu
grani in palatio Imperatoris ſtabulu
equorum fecit, & multa mala Eccleſ
intulit. Huic ſucceſſit *Inguar* filius eju

LXI. INGVAR filius *Lotbrok*
Iſte omnium fratrum ſuorum crud
liſſimus fuit. Cui ſucceſſit *Sivva*
dus. Huic ſucceſſerunt *Anulo* & *S*
geſi dus. Iſti duo nepotes fuerunt r
gis *Godefridi*. Inter quos pugna fuit
annis, & cum inter ſe de primatu reg
convenire non poſſent, ſceptrum præ
lio diviſerunt, in quo reges ambo co
ruerunt, & cum eis 11000 hominun
Pars autem *Anulonis* cruenta victor
potita, *Reinfridum* & *Haraldum* in r
gnum poſuit, & facta eſt pugna int
eos IX annis.

LXII. HARALDVS tandem *Rein*
fridum de regno expulit, & ſolus regna
vit: Tunc filii *Sigefridi*, *Haraldum* d
regno expulerunt. Qui ad Imperato
rem *Lodevvicum* ſupplex confugit.

Anno Domini 826 baptizatus præ
dictus rex *Haraldus* apud Maguntian
cũ uxore & fratre ſuo Erico, & per auxi
lium Imperatoris in regnum reſtitutu
eſt, moxque Chriſtianitatem reliquit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Anno Domini 828 *Sanctus Anſca-*
us veniens ad Daniam, revocavit præ-
ctum regem Haraldum ad Chriſtia-
itatem, & Eccleſiam in *Heideby* con-
ruere fecit. Poſt quem regnavit *Eri-*
us frater ejus.

LXIII. ERICVS. Iſte mox vt regnū
ccepit, Eccleſias claudi juſſit, ſed & o-
nnes Eccleſias Franciæ, Friſiæ, Angliæ,
othoringiæ, Teutoniæ, cum Epiſcopis
c clero truncatis ſuccendit & deſtru-
it. Hujus etiam tempore *Rollo* Dux
)anorum Franciam intravit, & Caro-
um regem Franciæ compulit dare ſibi
erram, quæ nunc *Normannia* dicitur.
Tunc ortum eſt bellum inter *Ericum*
c filium fratris ſui *Guthorm* regem
Norvvegiæ, in quo tanta cæde mactati
unt utrique, ut vulgus omne caderet:
ed & reges ambo corruerunt, nec ali-
quis de ſtirpe regia remanſit, niſi uni-
us puer nomine *Erik Barn.*

LXIV. ERICH *Barn.* Iſte ut regnū
Danorum ſuſcepit, multo plura mala
fecit, quam patres ejus in omnibus re-
gnis. Vaſtavit enim Saxoniam; *Brun*
ducem occidit, & XII comites. Quia
plures urbes cum civibus, Epiſcopi cum
grege truncati ſunt, Eccleſiæ cum fide-
libus incenſæ ſunt, *Theodoricus* & *Nar-*
vvardus Epiſcopi truncati ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Anno Domini 902 *Arnulphus* I-
perator Danis in Teutonia occurr
proſtravit ex eis 100 hominum, b
cœlitus adminiſtrato. Eodem an
obiit *Ericus Barn*, & regnavit pro
Olaf rex Sueciæ. *Olaf* Rex Sueciæ
& armis obtinuit regnum in Dan
& regnavit 5 annis. Huic ſucce
Giurth nepos Olavi, & ipſe natione D
nus: & regnavit 5 annis. Hunc occi
runt Dani. Poſt quem *Lotheneknut*.

LXV. LODNEKNVD filius *Erici Ba*
Iſte bellicoſus erat multum & verſut
& regnavit 11 annis. Hujus tempo
quilibet tertius de ſervis & plebeiis h
minibus exivit de regno, & venient
totam Pruciam, Semigaliam, & terra
Carelorum, aliaſque quam plures te
ras ſubjugaverunt ſibi, & delectati te
rarum ubertate noluerunt redire, ſe
ibi remanent uſq; in præſentem diem
Iſte *Lotheneknut* mortuus eſt paganu
Huic ſucceſſit *Frothi* filius ejus.

LXVI. FROTHI, victor Angliæ. Iſt
20 annis hæc duo regna tenuit; & i
Anglia fecit ſe baptizari. Poſt quem fi
lius ejus *Gorm*.

LXVII. GORM, *Engelender*. Hi
dictus eſt *Gorm Harteſnute:* & regna
vit 4 annis, in Anglia baptizatus. Poſ
hunc *Haraldus* filius ejus.

LXVIII. HA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

LXVIII. HARALDVS. Huic ſucceſ-
t *Gorm Gamle*.

LXIX. GORM *Gamle*, cujus uxor
uit *Thyre Danebod*, quæ poſt mortem
nariti nobiliter regnum tenuit, & mu-
itionem, quæ *Danevvirki* dicitur, fe-
it lignis tantum. Iſti ambo mortui
unt Pagani, ſepultique in duobus col-
ibus juxta *Iellinge*. In diebus hujus
Gorm, ferunt Danos incenſis Eccleſiis
ſacerdotes ante altaria trucidaſſe, &
clerum vulgo mixtũ, aut occidiſſe, aut
in captivitatem duxiſſe. Cruces etiam
truncatæ ludibrio ſunt habitæ à Danis.
Anno Do. 950 obiit Gorm Gamle. Cui
ſucceſſit *Harald Blaatand* filius ejus.

LXX. HARALD BLAATAND re-
gnavit 50 annis. Iſte cum exercitu ma-
gno ſubjugavit ſibi Angliam, & rediit.
Tunc Imperator *Otto*, qui dictus *Otto
Magnus*, paravit ſe ad invadendum
Daniam. Cumque legati ejus veniſſent
Sleſvvic, Dani occiderunt eos, & unum
Marchionem cum eis, ad quod ulci-
ſcendum Imperator cum exercitu Da-
niam intravit. Et cum Haraldus rex in
extremis finibus regni ſui erat, ſcilicet
in Hallandia, Imperator totam Iutiam
vaſtavit uſque mare, quod ab eo *Ode-
ſund* dicitur. Ibi enim lanceam ſuam
in mare miſit, ad perpetuam rei me-

 moriam.

moriam. Quo audito Haraldus ve-
hementer commotus, verſus Iut[...]
feſtinavit cum furore magno. Qu[...]
intelligens Imperator fugit, & in *La*[...]
te ſuperveniens, Haraldus occidit [...]
ponem Ducem exercitus Imperato[...]
reliqui vero Teutonici fugerunt. Q[...]
facto ipſe de conſilio matris ſuæ vall[...]
Danevvirki cœpit inſtaurare. Hu[...]
Haraldum filius ejus *Suen* de regno [...]
pulit, quod ad prædicationem Popp[...]
nis Capellani Domini Papæ baptiza[...]
fuerat, cum quo pater ter conflictu[...]
habuit, & ſemper perdidit, & tand[...]
miles filii patrem occidit in Scania, q[...]
miles *Hako* dicebatur, & regnavit p[...]
eo *Suen Tyugeskeg* filius ejus.

LXXI. SVEN TYVSKEG. Iſte pr[...]
pter ſcelera ſua à Slavis ter captus eſt, [...]
redemptus, ſemel tanto pondere au[...]
quantum in armis ponderabat, & b[...]
tanto pondere argenti; Noviſſime [...]
regno expulſus, apud regem Sueciæ [...]
annis exulavit. Tandem ad Chriſti fi[...]
converſus baptizatus eſt, & mox De[...]
favente, regnum ſuum recepit, occi[...]
rege Norvvegię in *Meſund*, qui regnu[...]
ejus tenuerat, & ita *Suen* duo reg[...]
Daniæ & Norvvegiæ invaſit, & An[...]
gliam, & obtinuit illud regnum, & ib[...]
dem mortuus eſt, & portatus Roskildi[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

que ſepultus eſt. Huic ſucceſſit *Ha-ldus* filius ejus.

LXXII. HARALDVS. Iſte homo it effœminatus,& totus libidini dedi-s, hac de cauſſa Dani eum depoſue-nt de regno, & *Gamleknud* fratrem us regem fecerunt, quod bellicoſus omo fuit, ſed tædio affecti ſuper eo, uod raro in regno fuit, & cõtinue ex-a regnũ in bellis, quod tamẽ pro glo-a regni libenter tolerare debuiſſent, *anutum* depoſuerunt, & *Haraldum* fœminatum & nihil valentem regno ræfecerunt, qui tamen cito poſt mor-uus eſt, & ſucceſſit ei dictus *Gamle-nud* frater ejus.

LXXIII. GAMLE KNVD. Iſte cum ille navibus invadens Angliam, eam ubjugavit. Eſtonicam etiam gentem ubdidit, *Ricardum* etiam ducem Nor-manniæ de Francia expulit, & uxorem egis Anglorum expulſi & mortui ac-epit, & genuit ex ea filium, nomine *Hartheknud*,& filiam nomine *Gunnild*, uam *Henricus* filius *Conradi* Imperat. uxorem accepit.

Anno Do. 1028 S. Olavus rex Nor-vvegiæ martyrizatus eſt, cujus regnum obtinuit idem *Gamleknud* rex Daniæ, & regnavit ſuper tria regna Danorum, Anglorum & Norvvegiæ. Fuit autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

omnium regum pulcherrimus, ſt
nuiſſimus & largiſſimus. Hic prin
religioſos in Daniam induxit, & m
tos Epiſcopos de Anglia in Daniam
duxit. Obiit autem *Gamleknut* an
regni ſui 33, relinquens tres reges fili
videlicet.

LXXIV. HARTE KNVT in Dan
Haraldum ſpurium in Anglia, *Svve*
nem ſpurium in Norvvegia. *Har*
vero 4 tantum annis regnavit, & m
tuus eſt. Cujus regnum *Hartheknut*
ſuſcepit. *Sueno* vero 5 annis in Norv
gia regnans obiit. Cujus regnum acc
pit Magnus filius S. Olavi. Quod a
diens *Hartheknut*, cum Anglis & D
nis Norvvegiam intravit, ſed per an
cos reconciliati ſunt Magnus & *Ha*
theknut tali pacto, quod qui diutius v
veret ſuperſtes, regnum defuncti acc
peret. Iſte *Hartheknut* regnavit ſup
Daniam, Sueciam, Slaviam & Anglia
Qui præter quotidianã familiam ſua
6 millia armatorum continue tenu
Qui cum 60 longis navibus ad doma
dum regna æſtate diſcurrebant, hyen
vero in caſtris manebant, quibus qua
religioſis, leges & ſtatuta præſcribeb
honeſtatis: unde tempore ſuo ſuper
mnes reges mundi terribilis & laud
bilis exſtitit. Tranſivit etiam cum Im

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

[I]taliam ad domandum nationes ex-
[...]as. Obiit autem in Anglia. Huic ſuc-
[...]ſit *Suen Eſtreth*, filius ſororis *Gam-
nut*.

LXXV. SVEN ESTHRET, filius *Vlff*
[...]mitis Angliæ, regnavit poſt *Harte-
[k]nud*. Quod audiens *Magnus* rex Nor-
[v]egiæ prædictus, non immemor pacti
quod fecerat cum *Harteknut*, venit
[co]ntra *Suen*, & vicit eum, & ſubjuga-
[vit] ſibi. Sanctus tamen *Edvvardus* rex
[An]gliæ frater *Suenonis*, coactus eſt tri-
[bu]tum ſolvere, & declarare eum hære-
[de]m regni poſt ſe. Tunc iterum *Magnus*
[re]x Norvvegiæ ad bellandum Sueno-
[ne]m venit, cum exercitu innumerabili,
[qu]aſi arena maris, navigio in *Oreſund*,
[se]d cum incaute de navi in navé trans-
[ir]et, cecidit in mare, & ſubmerſus eſt.
[Q]uo audito *Suen*, regnum ejus obti-
[nu]it. Item dum idem *Suen* in Norvve-
[gi]a moram faceret, *Slavi* vaſtaverunt
[Da]tiam uſque Ripas. Qui caſu rediens
[d]e Norvvegia, hoſtibus cum præda exi-
[ent]ris, prope *Sleſvvic* occurrit, proſtra-
[vi]tque ex eis 6 millia hominum, cæte-
[ri]s fugientibus.

Anno Dom. 1074 obiit rex *Suen
Eſtreth*. Huic ſucceſſit *Harald* filius
[ej]us.

LXXVI. HARALD filius *Suen.*

Hujus

Hujus tempore receſſit Anglia à d[...]
nio Danorum, poſtquam 120 [...]
continuis ſubdita fuerat Danis. [...]
hunc regnavit *Knut* frater ejus.

LXXVII. KNVT regnavit oct[...]
nis. Qui vir bonus erat, & multas [...]
cleſias in regno conſtruxit, & hom[...]
ad cultum Dei pro viribus induxit [...]
aliquas partes regni nunquam ind[...]
re potuit, ut ſolverent decimas. [...]
expeditionem autem congregaſſe[...]
Fiskebek juxta *Wibergh*, ut Ang[...]
debellaret, frater ejus *Olavus* Du[...]
tiæ, totum diſſipavit proditioſe, & [...]
occidi procuravit.

Anno Dom. 1083 ordo Cartuſi[...]
ſium exordium ſumpſit.

Anno Dom. 1088 martyrizatus [...]
S. Kanutus rex Danorum in *Oth*[...]
per proditionem fratris ſui *Olavi* I[...]
cis, in Eccleſia S. Albani martyris, [...]
frater ejus *Benedictus* cum eo. Cui ſ[...]
ceſſit frater ſuus idem.

LXXVIII. OLAVUS. Hujus te[...]
pore facta eſt tanta fames in Dania, [...]
homines pro herbis agreſtibus liti[...]
rent. Nā ſegetes VII annis regni ejus [...]
aëris intemperiem perierunt. Anno [...]
regni ſui inventus eſt in lecto ſuo ſu[...]
tanea morte præventus *Olaf Hung*[...]
Huic ſucceſſit *Erik Eigothe* frater ſu[...]

An[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

nno Dom. 1088 Tranſlatio S. Ni-
de *Myrra* in *Barum*.
no Dom. 1098 Exordium Cyſter-
ſis Ordinis ſumpſit 12 Kal. Aprilis.
XXIX. ERICH *Eigode*. Qui ſic
s eſt primo, quod mox, ut regnum
pit, tanta fertilitas terræ reddita
t modius parvus cujuslibet bladi
aleret ultra duos denarios uſuales.
ndo dictus eſt *Eigothe*, quod ita
nus homo fuit, quod ſuper omnē
ulum ab humero & ſurſum videri
it, habens in ſe fortitudinē quan-
quatuor fortiores regni. Tertio
ita bonus fuit regno, quod cum ad
am ſanctam proficiſci pararet, Da-
ertiam partem omnium bonorum
æ voluerunt dare terræ ſanctæ, pro
emptione crucis, ad hoc, ut ipſe in
no maneret, ſed noluit manere.
iter arripuit cum magna militia,
eniens Romam, Eccleſiæ Lundenſis
hiepiſcopatum & primatum ſuper
regna obtinuit. Inde Conſtantino-
im veniens, ab Imp. Græcorum ho-
ifice eſt receptus.
Anno Dom. 1100 ſedit Paſcalis II
nis 18, menſibus 5, diebus 7.
Anno Dom. 1101 obiit *Ericus Eigo-*
, in Cypro inſula, cum uxore ſua,
& miraculis coruſcant. Poſt quem
frater

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

frater ſuus *Nicolaus*. Ann. 1103 A-
RVS factus eſt primus Archiepiſco-
Daniæ.

LXXX. NICOLAVS rex cum
ſuo rege *Magno Kanutum* filium
tris ſui *Erici Eigothe* juxta Ringſ
occidit. Anno 1130 Sanctus *Ka-
tus* Dux martyrizatus apud *Harreſ*
à *Magno* filio *Nicolai* regis. *Ericus* e
factus eſt rex in Scania. Eodem an
filius S. *Kanuti* regis Dux Fland
occiſus eſt à propriis militibus in
cleſia.

LXXXI. Vivente adhuc prædi
Nicolao rege, filius ejus *Magnus* fact
eſt rex Danorum & Gotthorum. S-
nienſes vero elegerunt prædictum *I-
cum Emund* filium *Erici* Eigothe in
gem, contra quem venerunt reges
colaus & *Magnus* filius ejus, bello i-
to in *Fothvvik* anno Domini 1135.
corruit Magnus, & cum eo 6 Epiſc-
pi, quatuor de Iutia, unus de Syal-
dia, unus de Suecia, & multi nobiles
Dania cum eis. *Nicolaus* vero fugie
venit *Sleſvvic*, ibique occiderunt eu
ſutores Sleſvvicenſes. Huic ſucce
Ericus Emund memoratus.

LXXXII. ERICVS *Emund*. Q
cauſſa regnandi occidit *Haraldum*
liberos ejus.

An

nno Dom. 137 tenebræ factæ ſunt
uadrageſima in omni terra. *Aſce-*
primus Danorum Archiepiſcopus
t, & *Eskillus* electus eſt.

nno Dom. 1139 *Ericus Emund* oc-
eſt quadam die in palatio, à quo-
Plog Sorte. Huic ſucceſſit *Ericus*
ab filius ſororis ejus.

nno Dom. 1140 *Olavus* filius Ha-
i, quem quædam pars fecerat re-
, ſurrexit contra *Ericum Lam.* Et
alend. Aprilis tenebræ factæ ſunt
totum orbem.

nno Dom. 1141 *Eskillus* Archie-
opus poſuit *Olavo* obſides.

nno Dom. 1142 bellum fuit *Dif-*
g ter uno die, & uno anno trede-
vicibus inter *Ericum* & *Olavum*,
emper fugit *Olavus* ante *Ericum*.

Anno Domini 1143 *Olavus* occi-
Rikonem Epiſcopum Roskilden-
. *Olavus Haraldi* filius in bello oc-
tur.

Anno Dom. 1144 *Ericus* ducit ſoro-
Heinrici Bremenſis Epiſcopi. Con-
tus miſſus eſt in *Herivadum* & in
dal. Cæleſtinus Papa ſedit menſibus
bus, Lucius Papa duobus annis.

Anno Domini 1146 Eugenius Papa
it novem annis. Conventus miſſus
in *Lyuſce* 7 Idus Iulii.

Anno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Anno Dom. 1147 Conventus mittitur in *Hofvæthe*. Bellum fuit *Slagthorp*. *Ericus Lamb* obiit, factus monachus in *Denſch*. Quo mortuo Iute[illegible] nomen regis impoſuerunt *Kanuth*[illegible] lio Magni. Scanienſes vero majori[illegible] inſulis *Suenonem* filium *Erici Em*[illegible] elegerunt, & facta eſt pugna inter [illegible] 12 annis.

Anno Dom. 1149 *Eskillus* Arch[illegible] piſc. captus eſt à *Suenone* rege. Bell[illegible] fuit apud *Arcune* in Slavia.

Anno Dom. 1150 *Retillus* Pro[illegible] ſitus migravit VVibergum. Bellum [illegible] in *Slangthorp*, & fugit Kanutus. Co[illegible] ventus mittitur Cal. Maji, qui profe[illegible] eſt poſtea in *Eſrom*.

Anno Dom. 1151 bellum fuit *Wi*[illegible] *gis*, & iterum fugit Kanutus.

Anno Dom. 1152 exulavit *Kanu*[illegible] in Ruſſiam, qui aſſumpto auxilio [illegible] Saxonia, pugnavit & fugit.

Anno Dom. 1153 *S. Bernardus* A[illegible] bas Clarevallis migravit. Conven[illegible] venit in Eſrom. *Kanutus* rex rediens [illegible] Ruſſia venit in Friſiam, ibique conſt[illegible] xit Caſtrum *Mildeborgh* cum auxi[illegible] Friſonum. Quo audito Sueno cum [illegible] ta expeditione Danorum venit *S*[illegible] *vvic*. & adductis inde navibus per t[illegible] ras uſque *Huchlſtieth*, prædictum c[illegible]

ſtru[illegible]

um *Mildeborgh* obſedit, & magnam
tem Friſiæ incendio vaſtavit. Cui
currens *Kanutus* cum Friſonibus ſu-
avit eum in bello, in quo plurimi
nienſes corruerunt cum aliis no-
bus.

Anno Dom. 1154 deſponſavit *Wal-
marus* filius S. Kanuti *Sophiam* ſoro-
n Kanuti regis. Dani omnes elege-
nt duos reges, ſcil. *Kanutum* memo-
um, & *Waldemarum* filium S. Ka-
ti. Tunc *Sueno* rex fugit in Saxo-
am.

Anno Dom. 1155 Anaſtaſius Papa
lit annis 3. Rediens de Saxonia *Sueno*
m Duce Henrico, venit *Simerſtach*,
fuga arrepta Dux cum rege iter 15
rum veniendo ſub compendio duo-
m dierum fugiendo compleverunt.

Anno Do. 1156 facta eſt inter reges
x, diviſo regno in tres partes. *Kanu-
s* obtinuit Iutiam, *Waldemarus* Sca-
am, *Sueno* Sialandiam. Poſt paucos
tem dies idem *Sueno* rex Sialandiæ
vitavit Kanutum regem Iutiæ &
Valdemarum regem Scaniȩ ad feſtum
um Roſcildis, ubi omnibus vino præ-
avatis, tempore nocturno cum ad-
c chorea duceretur in Aula regia,
cidit Kanutum Regem & Conſtan-
um cognatum ejus, in vigilia S. Lau-

rentii. VValdemarus vero vulneratu[s] fugit in Iutiam, quem Sueno inſecutu[s] eſt cum exercitu.

Anno Dom. 1157 convenerunt *Sue[-] no* & *VValdemarus* reges in campo, qu[i] *Gratehede* dicitur, in prælio, in qu[o] Sueno occiſus eſt, & ſepultus in Capell[a] *Grathe*, & *VValdemarus* obtinuit mo[-] narchiam totius Daniæ.

Anno Dom. 1158 Adrianus Papa ſedi[t] annis quatuor. *Abſalon* factus eſt Epi[-] ſcopus Roskildenſis. Conventus mit[-] titur in *Viteſchola* Nonis Aprilis.

Anno Dom. 1160 Conventus veni[t] in *Saby*.

Anno Dom. 1161 Conventus miſſu[s] eſt *Soram* Idus Iulii.

Anno Domini 1162 *Tuta* vallis fun[-] ditur.

Anno Dom. 1163 natus eſt *Kanutu[s]* filius *VValdemari* regis. Rex VValde[-] marus ivit ad conſilium Imperatori[s] *Metis*, ubi multos dolos Imperatori[s] expertus eſt, ſed ſuis ſtrenuiſſime & cautiſſime in omnibus ſe gerentibu[s] nutu divino & directione Henrici Duc[is] Brunſvvicenſis fretus in Daniam ſanu[s] rediit. Tunc rex malitias Teutonicoru[m] prævenire volens, munitionem *Dane[-] vvirki* muro circumcinxit: ante enim lignis tantum munitus erat locus ill[e].

Ann[o]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Anno Dom. 1164 conventus miſſus
t in *Gutualiam* 6 Idus Septembr.

Anno Domini 1165 conventus ve-
it in *Om*, quæ *Cara inſula* dicitur.
Valdemarus ſubegit Slavos.

Anno Dom. 1167 *Buricius* captus
ſt, & effoſſis oculis caſtratus.

Anno Domini 1170 natus eſt *VValdemarus*, filius *VValdemari*. S. Tho-
nas Archiepiſcopus Angliæ martyriza-
us. Rugia à Danis adquiſita eſt, &
d fidem Chriſti converſa. Iarmarus
aptizatus. Leges Danorum editæ
int. Conventus mittitur in Dobran
Cal. Martii.

Anno Dom. 1171 S. Kanutus Dux &
nartyr tranſlatus eſt Ringſtet.

Anno Dom. 1172 Conventus venit
n *Dargun* & in *inſula Dei*.

Anno Dom. 1173 Conventus venit
n locum Dei qui dicitur *Loum*. Chri-
tophorus Dux obiit. Maximus terræ
notus fuerat in Dania.

Anno Dom. 1174 Conventus venit
n *Colbar*, qui dicitur *Meravallis*, 4
Nonas Febr.

Anno Dom. 1176 caſtrum *Stettin*
à Danis obſeſſum eſt.

Anno Dom. 1177 S. Margareta Ro-
skildis paſſa eſt. Kanutus filius VValde-
mari primi factus eſt rex Scaniæ &

Hallandiæ parte innuente & conſen-
tiente.

Anno Domini 1178 *Eskillus* ſecun-
dus Archiepiſcopus Daniæ receſſit, fa-
ctus monachus Clarevallis. *Abſalon* fit
Archiepiſcopus. Eodem anno ſol ob-
ſcuratus eſt, in vigilia S. Crucis, fer.
quarta.

Anno Dom. 1180 obiit S. Nicolau
in *Arhus*. Bellum fuit in *Flyſæ*.

Anno Domini 1181 rex *Waldemar*
occurrit *Fritherico* Imperatori apu
Thraven, ubi duas filias ſuas maritavi
unam filio Imperatoris, aliam Comi
Sifrido, ubi etiam obtinuit ab Im
dominium totius Nordalbingiæ, h.
omnium terrarum ad Aquilonare
partem Albiæ, ſuper quo habuit liter
Imperiales cum bulla aurea, & liter
Papales, videlicet Domini Innocen
Papæ tertii, de confirmatione dict
collationis pro jure perpetuo habend
ſed has literas poſt mortem regis, Ab
quædam mulier Teutonica, filia di
boli, in odium Danorum deſtruxit.

Anno Domini 1182 obiit *Waldem-
rus*, filius Sancti Kanuti Ducis, an
regni ſui 25. Poſt quem

LXXXIII. KANVTVS filius ſu
Obiit etiam *Eskillus* Archiepiſcopus
Clarevalle,

An

Anno Domini 1184 expeditio facta [e]t in *Wolgaſt.*

Anno Domini 1186 conventus miſ[s]us eſt in *Oliciam*. Obiit Suno Ebonis.

Anno Domini 1187 Hieroſolyma à [S]oldano capitur, & Chriſtiani delétur. [E]clipſis ſolis facta eſt.

Anno Domini 1188 Sanctus *Kanu[t]us* tranſlatus eſt. Dux *Waldemarus* fa[c]tus eſt miles.

Anno Domini 1189 expeditio facta [e]ſt in Slaviam.

Anno Domini 1190 obiit *Magnus* [W]*lf.* Conventus mittitur in *Reigneveld* [K]alend. Novemb.

Anno Domini 1191 expeditio facta [e]ſt in Flandria, quam vicerunt Dani.

Anno Domini 1192 *Waldemarus* [E]piſcopus, nullo cogente, regi ſe oppo[n]ens, ivit in Norvvegiam. Indeque re[d]iens cum 35 longis navibus, captus [e]ſt, & in turri *Söburg* poſitus, ubi ſedit [1]4 annis. Conventus mittitur in *Gul[h]olm*. Petrus Sunonis fit Epiſcopus. Pri[m]um incendium in *Eſrom.*

Anno Domini 1194 Conventus ve[n]it *Aſylum*. Expeditio facta eſt in *Eſto[n]iam*. Comes *Adulphus* factus eſt ho[mi]no regis tributarius Daniæ.

Anno Domini 1195 Conventus venit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

in *Olivam*. Gregorius VIII dieb[us] 33 ſedit. Ventus vehemens fuit.

Anno Dom. 1196 Clemens Papa du[o]bus annis. *Kanutus* rex duxit exerci[tum] in Eſtoniam. Obiit *Gerthrud* regina.

Anno Dom. 1197 Ordo ſanctæ T[ri]nitatis incepit.

Anno Dom. 1198 Innocentius Pa[pa] III ſedit annis 19. Obiit Sophia regin[a]. Petrus Epiſcopus captus eſt, & frat[er] ejus Thorbernus occiſus. Terræ mot[us] fuit in Dania.

Anno Dom. 1200 Ordo fratru[m] Minorum incepit. Caſtrum Reynsbe[rg] acquiſitum eſt, & Thitmerskia.

Anno Domini 1201 obiit *Abſol[on]* tertius Epiſcopus Daniæ, & conſecr[a]tus Andreas.

Anno Dom. 1202 Sanctus VVilhe[l]mus Abbas migravit. Comes Ado[l]phus captus eſt. Caſtrum Segheber[g] acquiſitum eſt 2 Idus Novembris. Ob[iit] Kanutus rex filius *VValdemari*, & C[o]mes Albertus factus eſt miles.

LXXXIII. VVALDEMARVS c[o]ronatus eſt in regem eodem anno.

Anno Dom. 1203 comes *Adolph[us]* liberatus eſt, poſitis obſidibus ad d[e]cem annos. Redditum eſt caſtrum *L[e]veynborg*.

Anno Dom. 1204 expeditio fac[ta]

ſt in Norvvegiam per regem VValde-
ıarum, qui *Erlingum* conſtituit ibi
egem, & Philippum ducem, qui am-
o facti ſunt homines regis, apud
Thunsbyærgh. Obiit *Esbernus Snare*.
ecundum incendium in *Eſrom*.

Anno Dom. 1205 rex VValdemarus
uxit *Da mar* filiam regis Boemiæ in
xorem. Dani Albiam tranſeuntes de-
ruxerunt *Ertenborg*.

Anno Dom. 1206 VValdemarus E-
iſcopus liberatus eſt ad preces *Dagh-
ıar* reginæ, ita tamen quod juravit ſe
unquam Daniam intraturum. Poſtea
ero factus Archiepiſcopus Bremenſis,
um ſe regi opponeret ad inſtantiam
egis VValdemari, depoſitus eſt & ex-
ommunicatus à Papa. Andreas Ar-
hiepiſcopus duxit exercitum in Re-
aliam.

Anno Domini 1207 Conventus ve-
it in *Tuta* inſula. VValdemarus fu-
avit Imperatorem.

Anno Dom. 1208 Dani corruerunt
n *Lene*. Rex VValdemarus caſtrum
Byzenburg deſtruxit. Pons ultra Albiam
actus. Caſtrum *Hereborg* juſſu VValde-
mari factum eſt.

Anno Dom. 1209 natus eſt VVal-
lemari III filius II. Conventus mitti-
ur in *Dargun* de *Doberam*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Anno Domini 1210 expeditio fa[ct]
eſt in *Pruciam* & Samland. *Miſtv*[…]
Dux Poloniæ factus eſt homo reg[…]
Svverkerus rex Svveciæ occiditur. Co[…]
ventus venit de *aurea inſula* in *Rus* […]
gium.

Anno Domini 1211 Dani Caſtru[m]
Dymin reædificant, & *Nyeenborg* c[on]
ſtruunt.

Anno Domini 1212 obiit *Ma*[r]
gareta regina, quæ propter præc[i]
puam formæ pulchritudinem dicta fu[it]
Daghmar.

Anno Domini 1213 obiit *Iohann*[…]
filius *Esberni Snare*.

Anno Domini 1214 Petrus ſeni[or]
Roskildenſis Epiſcopus & Nicolaus [E]
piſcopus Ripenſis obierunt. Com[es]
Guncellinus & Comes Henricus frat[er]
ejus, terram ſuam à Rege receperun[t],
& ei fidelitatem juraverunt. Dani ob
tinuerunt caſtrum *Stetin*, & caſtru[m]
Marchionis *Muten*. Rex VValdemaru[s]
ſecundas nuptias celebravit cum Beren
garia ſorore Ferandi Comitis Flandria[e]
quæ *Beengerd* eſt dicta.

LXXXIV. Anno Domini 12[…]
VValdemarus tertius eligitur in regem[…]
Imperator Otto fidem violans, & con[…]
tra juramentum ſuum veniens, Hol[…]
ſatiam ſibi ſubigere volebat: contr[…]

quem

em venit Rex VValdemarus cum
rcitu copioſo, habens ſecum de ſolis
ſonibus ſexaginta millia hominum:
o audito Imperator non eſt auſus
pectare congreſſum belli, ſed fugit
ra Albiam, perditis in ſingulari cer-
mine duobus melioribus pugilibus
perii, quos dejecerunt duo Friſones,
delicet *Suen Stercke* & *Brother Gan-
g.*

Anno Dom. 1216 Petrus filius Ia-
bi fit Epiſcopus Roskildis. Gelu ſu-
r Albiam viam præbente, rex VVal-
marus cum exercitu tranſivit ad ter-
m Henrici Comitis Palatini, quam
ſtavit incendio, donec eam ſibi to-
m ſubjugavit. Item duo caſtra contra
amborg conſtruxit, & tandem civita-
m cepit. Natus eſt *Ericus* filius VVal-
mari regis, cui pater eodem anno
catum Iutiæ contulit, & *Nicolao* filio
egitimo comitatum Hallandiæ.

Anno Domini 1217 Comes Alber-
s ex mandato regis VValdemari æ-
ficavit caſtrum *Travenemunde*, &
ani caſtrum in *Frithibierg* con-
ruunt.

Anno Dom. 1218 obiit Imperator
tto. Rex VValdemarus convocatis
tius regni primis 15 Epiſcopis, tribus
ucibus & tribus Comitibus, Abba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

tibus etiam aliiſque quam pluri[...] VValdemaro filio ſuo in Sleſvvic di[...] ma regni impoſuit. In feſto B. Ioh[...] nis Baptiſtæ obiit Comes Nicolaus [...]

Anno Dom. 1219 rex VValdema[...] congregato exercitu permaximo, c[...] mille quingentis longis navibus *E*[...] *niam* intravit, & poſt multa bella t[...] terram illam ad fidem Chriſti cõver[...] & Danis ſubdidit uſque in præſens [...]

Anno Dom. 1221 obiit *Bereng*[...] mater regum Erici, Abel & Chriſtop[...] ri. Obiit *Rikece* regina.

Anno Dom. 1222 *Gregorius* Car[...] nalis fuit in Dania. *Andreas* Archie[...] ſcopus ceſſit. Abbas *Gunnerus Cl*[...] inſulæ electus eſt in Epiſcopum.

Anno Dom. 1223 rex VValdemar[...] una cum filio ſuo VValdemaro terti[...] ſuis proditi, capti ſunt in lectis ſu[...] comite Henrico in inſula *Lydoe*, &[...] Slaviam ducti in caſtrum *Zuerin*, ma[...] ſerunt ibi fere per triennium, & tu[...] redempti ſunt per Danos pro 60 m[...] libus marcarum in pondere Lubecen[...] ſed equi, veſtes, & alia jocalia, quæ d[...] derunt omnibus melioribus Saxoni[...] in die exitus ſui in duplo plus valeba[...]

Anno Dom. 1224 *Petrus Saxonis* [...] Archiepiſcopus. Obiit Andreas Cam[...] rarius.

Ann[...]

nno Dom. 1225 obiit *Petrus Iaco-*
piſcopus Roskildenſis. Cui ſucceſ-
Nicolaus Stig.
Anno Domini 1226 ſoluti ſunt
reges. Obiit Sanctus Franciſcus.
lti *Friſones* corruerunt in *Thid-*
skia, & tamen *Thidmerskia* Danis
jugata eſt.
Anno Dom. 1227 in *Bornhovet* Da-
corruerunt. Nam *Thidmerskienſes*
ultimo exercitus collocati, prodi-
nem facientes, exercitum Danorum,
n quibus erant, à tergo percuſſe-
nt. Gregorius IX Papa ſedit.
Anno Dom. 1228 Andreas & Petrus
chiepiſcopi obierunt.
Anno Domini 1229 rex VValdema-
s III celebravit nuptias cum filia re-
Portugaliæ *Elienora*, Ripis, in feſto
ati Iohannis Baptiſtæ.
Anno Dom. 1230 *Otto* Cardinalis
it in Dania. *Vffo* fit Archiepiſcopus.
lipſis ſolis, & peſtilentia hominum
jumentorum magna fuit.
Anno Domini 1231 obiit Rex VVal-
marus III filius VValdemari ſecun-
, & Regina *Elienora* cito poſt eum, in
rtu.
LXXXV. Anno Domini 1232 ERI-
VS rex filius VValdemari ſecundi,
oronatus eſt à Domino *Vffone* Ar-
chiepi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

chiepiſcopo, & frater ejus *Abel* d
tum Iutiæ accepit. Eodem anno
tres Minores nudis pedibus Daniam
traverunt, & domum Ripenſem
daverunt.

Anno Dom. 1233 *Esbernus Sner*
obiit. Obiit piæ memoriæ *Nico*
Cancellarius, Epiſcopus Sleſvvicen

Anno Dom. 1234 *Fratres min*
domum acceperunt *Sleſvvik Lun*
& *Roskild* igne perierunt.

Anno Dom. 1236 VValdemarus
piſcopus obiit, humilis monachus
Lyke. Conventus miſſus in *Paradiſ*

Anno Dom. 1237 Dominus Pet
Abbas *Ruris Regii* omnes poſſeſſio
dictæ domus eatenus acquiſitas cu
villicis & colonis omnibus abſolute
bertati reſtituit, ab omni impetitio
exactoria & jure regio eximens eos, p
quinquaginta tribus marcis denar
rum uſualium, quas Domino *Abel*
clyto Duci Iutiæ pro jam dicta exol
libertate, ita quod non ſit ejuſdem D
cis poſteris liberum nec licitum ha
pactionem aliquo tempore infirma
juxta inteſtationem privigelii Princip
memorati. Eodem anno Dux *Abel* d
xit *Mathildem* filiam Comitis, quo
rex VValdemarus pater moleſte tulit,
mens per hoc futurum ſchiſma int

fratre

ſs,quod & evenit. Nam ab illo die
uam defecit bellum inteſtinum in
a inter reges & Duces, Comiti-
os inſtigantibus, qui ſemper quæ-
mala Daniæ. Bellum fuit in *Scan-*
inter Danos & Normannos. Tem-
s fuit in die ſancti Clementis.
nno Domini 1238 Tranſlatio S.
helmi abbatis in *Æbelholt*.
nno Domini 1239 rex Ericus du-
udith filiam Ducis Saxoniæ in uxo-
, cum quibus diſpenſatum eſt in
rta linea conſanguinitatis, per do-
um Papam Gregorium. Hieroſo-
a capitur à paganis.
Anno Domini 1240 *Seulo* Dux
rvvegiæ cum filio occiſus eſt à rege
quino.
Anno Domini 1241 obiit inclytæ
ordationis rex *Waldemarus* II in
na Domini: in cujus morte vere ce-
it corona capitis Danorum. Nam
illo, bellis inteſtinis & deſtructioni
ituæ vacantes omnibus in circuitu
tionibus facti ſunt in deriſum. ſed &
ræ quas patres eorum gladio ſuo
priosé acquiſierant, non ſolum ab eo-
m dominio receſſerunt, verum &
agas maximas regno intulerunt, &
ud miſerabiliter confuderunt, princi-
bus regni reſiſtentibus, ſexies ſe invi-
cem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

cem lacerantibus & vaſtantibus. A-
cus rex filius VValdemari II mon-
chiam Daniæ obtinuit. Eclipſis ...
Petrus Stigi obiit.

Anno Domini 1242 ortum eſt b-
lum inter fratres *Ericum* regem & A-
Ducem . Clauſtrum *Ringſtath* ...
periit.

Anno Domini 1243 clauſtrum m-
nialium *Roskild* incenſum eſt . In-
centius IV ſedit.

Anno Domini 1244 Rex Ericus r-
xit exercitum *Kolding*.

Anno Domini 1245 generale con-
lium fuit Lugduni. Nicolaus Epiſcop-
Roskildenſis fugit de Dania.

Anno Domini 1246 Iacobus Su-
nis obiit. Rex Ericus movit exercitu-
contra fratrem ſuum, illo cum exer-
tu Teutonico occurrente; ſed treu-
factæ ſunt ad tempus.

Anno Domini 1247 *Sora* & *Hol*...
igne perierunt. Othonia à Teuton-
incenſa eſt. Rex Ericus oppidum *Sva-*
neborg occupavit.

Anno Dom. 1248 *Copenhaven* à L-
becenſibus incenſa eſt . Obiit *Ola*...
pincerna. *Nicolaus* Epiſcopus Rosk-
denſis obiit in *Clarevalle*.

Anno Dom. 1249 obiit Ericus. R-
Sueciæ ob iit.

An-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

nno Dom. 1250 Dux *Abel* fra-
ſuum *Ericum* regem proditioſe
avit in *Sleſvvik* in nocte beati
ntii, quem quidam miles ejuſ-
ducis, *Lagho Gutmund* ſcilicet,
io deportavit uſque Myoſund,
e eum occidit, & duce ignorante
in *Slia* ſubmerſit. Eodem anno
demarus filius Ducis *Abel*, à ſcho-
ariſiis domum pergens, captus
er milites Domini Epiſcopi Colo-
ſis.

XXXVI. Dux ABEL in regem
us eſt & coronatus.

nno Domini 1251 *Fretbericus*
rator obiit. Obiit Comes *Ni-*
s. *Ludevvicus* Rex Franciæ ca-
eſt, & frater ejus Robertus oc-

nno Dom. 1251 Rex *Abel* cum
citu intravit *Eiderſted* ad pugnan-
, ibique occiſus eſt. Obiit *Vffo* Ar-
piſcopus.

XXXVII. CHRISTOPHORVS fit
anno Domini 1253. Rex *Chriſto-*
us tradidit *VValdemaro* filio Regis
l Ducatum cum vexillo apud *Kol-*
. Bellum fuit *Skelfiſchöer* inter re-
Chriſtophorum & *Heinricum E-*
thorp.

Anno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Anno Domini 1254 Innocen[illegible] Papa I V Alexander Papa conſecra[illegible] Iacobus fit Archiepiſcopus, & *Petr*[illegible] piſcopus Roskildenſis.

Anno Domini 1257 *Haguing*[illegible] Norvvegiæ fuit in Dania. obiit *V*[illegible] *demarus* Dux.

Anno Domini 1258 Rex *Ericus*[illegible] Eccleſia S. Petri transfertur à *Chr*[illegible] *phoro* fratre ſuo Epiſcopo, *Nicolao* ab[illegible] te. Bellum fuit inter regem & ruſti[illegible] Civitas Repin judicio Dei cum om[illegible] bus attinentiis periit.

Anno Domini 1259 captus eſt *I*[illegible] *bus* Archiepiſcopus Lundenſis, & [illegible] ceratus in caſtro *Hakenſcog*. C[illegible] Chriſtophorus in civitate *Ripenſi*. [illegible] quem

LXXXVIII. Ericus filius ejus reg[illegible] vit, qui multa mala fecit, Eccleſias [illegible] liando, læſis & injuriam paſſis ju[illegible] tiam nullã faciendo. Monaſteria q[illegible] que, quæ patres ejus per ſe & ſuos a[illegible] ficaverant, per equos & canes miſe[illegible] biliter attenuavit. Comites Holſa[illegible] magnam partem ducatus vaſtaver[illegible] *Iarmarus* Princeps *Ryanorum*, magn[illegible] partem *Sialandiæ* vaſtavit.

Anno Domini 1260 *Iarmarus* f[illegible] ſtragem magnam ruſticorum a[illegible] *Neſtvvich*. Qui etiam eodem an[illegible]

ob[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

iit. Olavus Epiſcopus occiditur. Dux *icus* filius *Abel* regis receptus eſt in catum.

Anno Dom. 1261 bellum fuit *Lo-te* inter regem *Ericum* filium *Chri-phori* & *Ericum* ducem filium *Abel*, vigilia ſancti Olavi, & contrita eſt rs regis, qui ibidem captus eſt cum atre ſua *Margareta* regina.

Anno Dom. 1262 Rex *Ericus* tradi-r Marchionibus. Regina liberata eſt. ux de *Brunſvvik* fuit in Dania. Ecli-is ſolis fuit Nonis Auguſti. Epiſcopus *icolaus* captus eſt.

Anno Dom. 1263 *Ivvarus Taki*, & *trus Fyn*, ſuſpenſi ſunt. Epiſcopus *icolaus* liberatus eſt.

Anno Domini 1264 Rex *Ericus* nit de captivitate. *Arvveſcogh* de-uitur.

Anno Dom. 1265 Clemens Papa IV dit. *Iacobus* Archiepiſcopus curiam iit. Obiit *Nicolaus* Epiſcopus Sleſvvi-nſis. Electus eſt *Bondo*.

Anno Dom. 1266 venit *Guido* Car-nalis in Daniam, & excommunicavit gem & reginam. *Byrger* Dux Sueciæ biit.

Anno Dom. 1267 obiit Domina *In-borg* de *Kaldendborgh*. Conſecratus t Epiſcopus Bondo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Anno Dom. 1268 Iacobus Archi-
ſcopus ſecundo curiam adiit. Caſtr
in Kolding ædificatum eſt. Clauſtr
Loum igne periit.

Anno Dom. 1269 captus eſt *Co*
dus nepos Fretherici Imperatoris
decollatus eſt. Obiit Clemens Pap

Anno Dom. 1270 vacabat ſedes
mana. Eclipſis ſolis fuit in mane La
Hierusalem.

Anno Dom. 1271 combuſta eſt
tas Ripenſis. Obiit Lodevvicus
Franciæ. Domicellus Nicolaus obi

Anno Dom. 1272 obiit dux *Er*
& redditus eſt ducatus Erico regi
filio Ducis. Andreas pincerna
Creatus eſt Papa Gregorius qui co
vit Eccleſiam. Eodem anno XII k
dis Septembris Teutonici occu
runt civitatem *Sleſvvik* multitu
copioſa, & 6 Kalendas quibuſda
exercitu amiſſis cum magno ſpo
præda pecorum diverſi generis re
runt. Obiit *Guido* Cardinalis.
Duciſſa *Margareta* in partu.

Anno Dom. 1274 obiit Eſgert E
piſcopus Ripenſis. Obiit dominus
chael abbas Ruris regis. Comes *R*
fus electus eſt in Imperatorem.

Anno Dom. 1274 obiit *Iacobus* Ar
chiepiſcopus Lundenſis. Generale

ci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ilium Lugduni celebratum eſt. Et tota Græcia ad fidem eſt converſa.

Anno Dom. 1275 duæ turres Eccleſiæ S. Petri in *Sleſvvik* corruerunt, & magna pars ejuſdem Eccleſiæ. Obiit Dominus Iohannes Abbas . cardinali relatum eſt interdictum per regnum Daniæ. Expeditio facta eſt ad Sueciam, & victi ſunt Sueci.

Anno Dom. 1276 obiit Erlandus Archiepiſcopus electus Lundenſis, & ſucceſſit *Thrugotus* XI Archiepiſcopus. Obiit Papa Gregorius. Innocentius ſedit. Poſt quem Otto bonus ſedit quinque ſeptimanis. Ericus dux Sueciæ obiit. *VValdemarus* rex Sueciæ exulavit in Dania cum uxore & filiis.

Anno Dom. 1277 creatus eſt Papa Iohannes XXI. Obiit *Petrus* Epiſcopus Roskildenſis, & *Stigotus* eligitur.

Anno Dom. 1278 rex *VValdemarus* rediit ad Sueciam, filio pro obſide relicto. Obiit Papa Iohannes.

Anno Dom. 1279 Domicellus *Abel* & Dux Albertus de *Bruneſvvik* obierunt.

Anno Dom. 1280 obiit Nicolaus Papa III. Obiit *Thrugotus* Archiepiſcopus Lundenſis, & ſucceſſit Iohannes *Droos* X. Obiit *Stigotus* Epiſcopus Roskildenſis, & ſucceſſit *Ynguarus*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Anno Dom. 1281 creatus eſt Pa
Martinus.

Anno Dom. 1282 obiit *Bondo* E
ſcop. Sleſvvicenſis. Electus eſt Iacob
Major Eccleſia Roskyldenſis ſucce
eſt. Lis oritur inter regem Ericum
Principes.

Anno Dom. 1283 pax reformat
VVarthingborg. VValdemarus fil
Erici ducis ducatum obtinuit, & Iac
bus comitiam Hallandiæ. Iacob
Epiſcopus Sleſvvicenſis privavit m
nachos *Ruris regis* decimis, & nonn
los eorundem fecit verberari.

Anno Domini 1284 conventus d
mus *Ruris regis* diſperſus eſt.

Anno Domini 1285 Rex *Ericus* fili
Chriſtophori captivavit *VValdem*
rum Ducem Iutiæ & ejus dapiferum.

Anno Dom. 1286 Dux VValdem
rus reſtituitur de captivitate. Rex Er
cus occiſus eſt in lecto, in nocte S. C
ciliæ, à ſuis, quos maxime dilexerat, i
flictis ſibi vulneribus quinquagin
ſex. Obiit Iohannes Epiſc. Orconenſi
Clauſtrum monialium incenſum eſt.

Anno Dom. 1287 convocato co
ſilio regni, Dux VValdemarus rece
omnia quæ pater ejus habuerat an
eum. Obiit *Iacobus*, tyrannus plu
quam Epiſcopus dicendus. Orta
magn

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

nagna diſſenſio inter meliores regni
e morte regis. Eodem anno in Pente-
oſte conſilium celebratum generale in
yborg. Comes *Iacobus Stygotus* Mar-
alcus, *Petrus Iacobi*, & alii plures po-
entiores regni, ex communi omnium
ecreto, vel addicti ſunt pro morte
egis, vel proſcripti. Quos collegit
ricus rex Norvvegiæ in caſtro *Kungel*.
odem tempore Dux *VValdemarus* fa-
tus tutor regni. Eodem anno
LXXXIX. ERICVS filius Erici regis
oronatur in die natalis Domini. Hic
lictus *Erik Menvved*.

Anno Domini 1288 *Stygotus* Mar-
ſcalcus cum ſuis multa mala fecit in
Norjutia clandeſtinis incurſibus. Obiit
Domina *Mechteldis* regina. Dux *VVal-
demarus* duxit filiam Ducis Saxoniæ
ıxorem ſuam in Daniam, cum qua
priori anno celebraverat nuptias in
Molne. *Sleſvvik* periit igne proprio;
quam Dux VValdemarus muniri fecit
n circuitu, ex lignis quæ tulerat de
caſtro *Gottorp*; & deſtrui fecit caſtrum
Gottorp, quod pater ejus Dux Ericus
ſumptibus maximis ædificaverat; &
erat quaſi clavis & cuſtodia totius Da-
niæ. Caſtrum *Almetorp* deſtructum
eſt.

HACTENVS ERICVS REX DANIAE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

IV.

HISTORIA COMPENDIOSA AC SVCCINCTA SERENISSIMORVM

DANIÆ REGVM

Ab incerto auctore conſcripta; poſtea vero ad CHRISTIANVM IV *deducta, & antehac in lucem edita,*

Opera & ſtudio

ERPOLDI LINDENBRVCH.

I. DAN.

PRIMVS Danorum rex *D*
eſt appellatus. à quo etia
regnum appellationem
ſortitum. Ideoque *Dania*
primo Rege *Dan* nuncupatur. Hic
uxore *Gritha*, ſummæ inter Teuton
dignitatis matrona, genuit duos filio
Humblum & *Lotherum*.

II. HVMBLVS.

Secundus Rex HVMBLVS, *Lothe*
fratris tyrannide conſternatus, co
tempto Regni diademate, è Rege pr
vatus eſt factus. Nam in bello à frat
captus regni depoſitione vitam me
catus eſt.

III. LO

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

III. LOTHERVS.

Tertius Rex LOTHERVS Humbli ter. Hic ex Rege Tyrannus factus, aniſque nobilitatis extinctor, ab eiſ- m occiditur à quibus fuerat regno natus.

IV. SKIOLDVS.

SKIOLDVS quartus Rex, Lotheri fi- s, naturam à patre, non mores ſor- us eſt, & factus inſignis patriæ ama- r, atque egregius juſtitiæ cultor. Si idem impias leges abrogavit, ſaluta- s tulit. Qui cum ſpecioſiſſimam puel- m ex Teutonibus ſingulari certami- t meruiſſet, interfecto *Scato* ſatrapa uſdem competitore, ex eadem genuit ium *Gram*, ac tandem morte natu- li periit.

V. GRAM.

Quintus Rex GRAM Skioldi filius, ui poſt glorioſas victorias & egregia cinora, à filio ſuo *Suigdagero* primo Norvvegia pulſus, deinde in Dania cciſus eſt, ſubſtituto in Regem filio io *Guttormo*, quem ſibi tributarium ecit Suigdagerus.

VI. GVTTORMVS.

Sextus Rex fuit GVTTORMVS, filius Gram, qui fratri ſuo Suigdagero apud

Norvagienſes & Suecos regnanti
butarius fuit, brevique tempore
gnans mortuus eſt.

VII. SVIGDAGERVS.

Septimus Rex fuit SVIGDAGER
qui accepto poſt fratris cineres reg
paterno, ab altero fratre nomine H
dingo viro fortiſſimo in ultionem p
terni ſanguinis eſt apud *Gutlandi*
navali bello peremtus.

VIII. HADINGVS.

Octavus Rex HADINGVS fuit, t
tius filius Gram. Iſte Hadingus poſt i
teremptum fratrem parricidam,
multas generoſas victorias, ſuſpend
ſe vulgo inſpectante extinxit, ut pare
gratiam referret Hundingo Suecoru
regi, cui extincto promiſerat ſe ne
ſupervicturum.

IX. FROTO Geffmild.

Nonus rex Hadingi filius FROT
Geffmild, id eſt, liberalis, cognomin
tus. Iſte Froto cum multa liberalita
factus eſſet inſignis, multiſque vict
riis glorioſus, adverſus regem Sueci
pugnans in bello finivit vitam.

X. HALDANVS.

Rex HALDANVS Frotonis filius, duo
rum fratrum ſuorum factus eſt in
fam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

mis interfector, diuque regnans in
tima ſenectute mortuus eſt.

XI. ROE.

Rex ROE primus Haldani filius, qui
cem magis quam arma doctus, ſtu-
uit magis ornare acceptam ditionem,
nam illius fines propagare. Deſtructo
itur oppido Hogeburg, ædificavit
Selandia Roſchildiam civitatem,
omen illi imponens ex ſuo nomine
oe, & famatiſſimi ejus urbis fontis,
i lingua vernacula *Kylde* dicitur.
ic poſtquam diu regnaſſet, ab *Hal-*
ardo Suecorum rege interfectus oc-
ubuit.

XII. HELGO.

Rex HELGO Roe frater, qui poſt
ultas victorias, quib⁹ triumphaverat
dverſus *Scalcum* VVandaliæ regẽ, at-
ue filium ducis Saxoniæ, quem inter-
cit, etiam occidit regem Sueciæ *Hal-*
ardum fratris ſui *Roe* interfectorem.
orro cum illi exploratum eſſet, quod
um propria dormiſſet filia, nimio pu-
ore confuſus ſeipſum perdidit, pro-
riis manibus ſibi mortem inferens.

XIII. ROLVO.

Rex ROLVO *Krage* nuncupatus, li-
eraliſſimus extitit, cui Suecia fuit
ultis annis tributaria. Hic à genero
G 5 ſuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſuo *Hiartuaro* Sueonum rege perfidiſſimo per dolum in arce *Lethra* interfectus eſt.

XIV. HIARTVARVS.

HIARTVARVS Rex decimus quartus, eodem die quo doloſe Roluonem Regem occiderat, occiditur & ipſe, *Viggon* e milite Roluonis Regis fidelissimo.

XV. HOTTERVS.

Rex HOTTERVS, qui poſt Hiartuarum ſumpto utriuſque imperio glorioſe regnavit, factus etiam gigantum & falſorum deorum victor inſignis. Is Hotterus erat multis egregiis artibus inſtructus, præcipue vero adeo callebat omne Muſicorum genus, ut gaudio, mœſtitia, miſeratione, vel odio mortales afficere noverit. Tandem interfectus periit.

XVI. BALDERVS.

Rex BALDERVS à ſtultis hominibus etiam Deus creditus. Is poſtea ab Hothino rege interficitur in ſinu quodam, qui in hodiernum diem à prædicto Baldero dicitur *Balderſunt*.

XVII. OTHINVS.

Rex OTHINVS, ob artes magicas, quas callebat & exercuit, divinis laud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

des à barbaro & ſtulto populo pro-
ruit: Cujus nomine etiam unum
domadæ diem inſignivit. Qui tan-
n in *Fionia* occiditur, & ſepelitur
ta amnem quendam, ubi Othonia
itas, ab eodem Othino appellata,
eſt.

XVIII. RORICIVS.

Rex RORICIVS, *Slingenbond* appel-
us, Othini filius, regnavit inglorius,
icientibus ab eo Suecis & Germanis,
patris paruerant imperio, morte-
naturali defunctus eſt.

XIX. VVIGLETVS.

Rex VVIGLETVS Tyrannus, Amle-
victor & interfector. Hunc VVig-
um, habentem regni moderationem
nquillam & diutinam, morbus con-
mpſit.

XX. VVERMVNDVS.

Rex VVERMVNDVS VVigleti filius.
poſt diutinum regimen & interfe-
um Suecorum regem, ob ſenium &
citatem à Saxonibus contemptus
, quem contemptum egregie ultus
VVffo filius ejus, jam ex diſſimulato
uto ac ſtulto factus non ſolum vir
cundus, ſed etiam fortiſſimus. Solus
im pugnans adverſus gigantes duos,
rumque peremit, ademto Danis
probro,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

probro, quo exprobrati ſunt à Suec[illegible]
quod illorum regem ſolum offenſu[illegible]
interfecerunt gigantes Dani duo.

XXI. VVFFO.

Rex VVFFO VVermundi filius, eti[illegible] Olavus manſuetus à quibuſdá dict[illegible] Hujus præclara geſta ob ſcriptor[illegible] inopiam ſolemnem fefellere notitia, quæ creduntur glorioſa fuiſſe, quoru[illegible] principia tam plena laudis fuerunt.

XXII. DAN II.

Rex DAN VVffonis filius, nimiru[illegible] inglorius filius glorioſiſſimi patris. [illegible] interdum (ait Saxo) pignora porten[illegible] ſimilia à majoribus ſuis deſciſcunt. [illegible] mnia enim paterna bona & quæ rep[illegible] ſplendori ſervire debuerunt, in flagit[illegible] ac turpitudine conſumpſit.

XXIII. HVGLETVS.

Rex HVGLETVS. Qui *Homothum* [illegible] *Hogtinium* duos Sueciæ Tyrannos m[illegible] ritimo fertur oppreſſiſſe conflictu.

XXIV. FROTHO II.

Rex FROTHO, *Vegetus* dictus. Q[illegible] cum factus eſſet glorioſus cæde dec[illegible] fortiſſimorum ducum in Norvveg[illegible] tandem regem Norvvegiæ *Froger*[illegible] ſingulari certamine peremit.

XX[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

XXV. DAN III.

Rex DAN Frothonis filius egregiam
ulit victoriam de rebellantibus Sa-
nibus, unde eoſdem ſibi fecit tribu-
rios, qui illum habere tributarium
ntendebant.

XXVI. FRIDLEVVS.

Rex FRIDLEVVS cognomento *Celer.*
e fertur regnaſſe tempore Iulii Cæ-
ris, cum quo etiam dicitur fœdus
pigiſſe, reverſo Iulio, nec audente
mFridlevo pugnare ob publicam fa-
am, quæ tum narrabat apud Danos
ſe viros fortiſſimos.

XXVII. FROTHO, Fredegoedt.

Rex FROTHO, cognomento pacis
ctor, Fridlevi filius, deſignatus rex
b providentia curatorum, cum eſſet
m ſeptem annorum. Igitur princi-
o regni ejus gubernatoribus male
gentibus, tanta erat vitæ licentia, ut
ec legibus, nec pudore cohiberetur
bſcœna aulicorũ petulantia. Verum
dulto rege Frothone, mutatæ ſunt
ices rerum: evaſit enim regnum ipſius
on ſolum divitiis, æquitate & legi-
us glorioſum, ſed etiam incredibilibus
uibuſdam victoriis clariſſimũ. Cujus
nemoria etiã nunc celebris eſt, tametſi

apparet,

apparet ipſum regnaſſe ante quin
cim ſecula: Nimirum eo tempore, q
in Betlehem Iudææ ex virgine ma
natus ſit Dei filius, homo factus.

XXVIII. HIARNERVS

Rex HIARNERVS, qui cum eſſet o
ſcuris parentibus natus, ſuffragiis
men populi diadema regni promer
tanquam ornati ſepulchri ipſius F
thonis. Nam Frothonis ſepulchr
grandi ſaxo, inſcripto Epitaphio, or
vit: ob quod regno ab incolis do
tus eſt. Qui paulo poſt à Fridlevo F
thonis filio, Ruthenorum Rege, eſt
terfectus.

XXIX. FRIDLEVUS II

Rex FRIDLEVUS Frothonis filius.
cum regnaret apud Ruthenos, aud
patris ſui morte, primum ſuccu
præfecto Suecorum adverſus duo
cim gigantes Norvvegiæ. quibus in
fectis præter unum *Biornonem*, in
niam profectus eſt. Cujus advent
audientes Dani, quem vano rum
mortuum credebant, jubent *Hiar*
rum regno cedere. Iſte Fridlevus
factus, interfecit *Aſmundum* Norv
giæ regem, ac paulo poſt naturali m
te defungitur, relicto ex *Frogertha*
xore filio Frothone, cognométo *La*

XXX. FROTHO IV.

Rex FROTHO Fridlevi filius, cognoento *Largus*. Hujus principatui mul- gigantes parebant, inter quos præipuus erat *Starcatherus*, multorum igantum peremptor, atque mirabium rerum effector. Igitur cum hic rotho glorioſiſſimum habuiſſet renum multis annis, à *Suertingo* quoiam Saxoniæ regulo doloſe ad conviium vocatus, occiditur, viciſſim ociſo Suertingo. Suertingi enim ſcelus mborum interitus fuit.

XXXI. INGELLVS.

Rex INGELLVS Frothonis filius, ſed anto patre prorſus indignus, quia luxu, libidine, & crapula adeo perditus erat, ut evaſerit omnium ignaviſſimus. Adeo ne cogitavit de patris doloſa morte ulciſcenda, ut filiam Suertingi patris interfectoris uxorem duceret. Cujus conſuetudine tam mollis & deliciosus effectus, ut omnem avorum ſuorum gloriam prorſus obſcurarit. Tandem Starcatheri exprobrationibus provocatus, occidit in ultionem paternæ cædis ſeptem Suertingi filios, quos ſecum habebat in gratiam uxoris quotidianos convivas. Periit autem rex iſte naturali morbo in *Le-*

thra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

thra ſede regali, juxta quam ſepu[illegible] legitur.

XXXII. OLAVS I.

Rex OLAVS, quartus Ingelli fi[illegible] Hic cũ multis annis regnavit, nul[illegible] laudem tamen apud poſteros pro[illegible]ruit. Sub finem vitæ nihilominus [illegible]denter duobus filiis diviſit regnu[illegible] imperium; Haraldo maris imperiu[illegible] Frothoni vero terræ regnum tribu[illegible]

XXXIII. HARALDVS I[illegible]

Rex HARALDVS Olai filius, cui [illegible]ris contigit imperium, à fratre Fro[illegible]ne dolo occiditur, ut ſolus regno [illegible]tiretur.

XXXIV. FROTHO V.

Rex FROTHO Haraldi frater. [illegible] nullo facinore clarus, etiam cona[illegible] eſt Haraldi filios extinguere, ne u[illegible] eſſet parricidii ultor: qui tamen n[illegible]gno artificio ſuorum curatorũ ſerv[illegible] ſunt donec adoleviſſent: adulti v[illegible] facti, cum regiam Frothonis ſubjec[illegible] undique igne incendiſſent, Fro[illegible] fugiens ad opacos quoſdam receſſ[illegible] dudum conſtructos, vapore & fu[illegible] ſtrangulatus interiit.

XXXV. HALDANVS II[illegible]

Rex HALDANVS, Haraldi filius, [illegible]

patri[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

patrui ſui Frothonis interfector. Hic cum tribus annis regnaſſet, relicto regno fratri ſuo Haraldo, Sueciam invaſit, vicit & occupavit. Ericus rex Sueciæ occupaturus Daniam tribus prœliis victus eſt ab Haraldo Haldani fratre. Quarto vero prœlio victor effectus Haraldum occidit. Sed ab Haldano poſtea victus & interfectus, vita ſimul & regno privatus eſt. Erat hic Haldanus corpore adeo robuſtus, ut clava immenſæ magnitudinis ferro undique circumſepta in bello uteretur, qua multos aliorũ regum gigantes occidit. Ab hoc Haldano, qui ex inclyta matrona *Thorilda* genuit Aſimundũ Norvvegiæ regem, omnes poſtea Norvegiæ reges, magni æſtimant duxiſſe originem, ad eundem ſuam genealogiam referẽtes.

XXXVI. HVGVINVS.

Rex HVGVINVS Haldani nepos, cui regias opes teſtamento legavit, regemque conſtituit. Hic Huguinus poſtea ab æmulo, cui *Regnaldo* nomen erat, bello oppreſſus erat & peremptus, unico filio *Syvaldo* relicto.

XXXVII. SYVALDVS I.

Rex SYVALDVS, cui filia erat *Syritha*, puella non ſolum ſpecioſa valde, ſed omnium illius ſeculi puellarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

pudiciſſima, quæ nupta cuidam *Oth*
vir o fortiſſimo, attulit patriç magnu
libertatis præſidium. Syvaldus igit
pugnans adverſus Regnaldum, patr
ſui interfectoré, perpetuum triduu,
Othari generi ſui fortitudine vict
evaſit. Otharus enim interfecto R
gnaldo in fugam convertit gigan
plures quam quadraginta, inter qu
erat Starchaterus, qui ſemper conte
pta quavis ſævitia, fuerat omnibus p
riculis major.

XXXVIII. SYGARVS.

Rex SYGARVS ſuccedit patri ſuo *S*
valdo. Hic habebat filiam *Signe* nom
ne, cujus ſtuprum ab *Hagbarto* pro
perpetratum, peperit patri interitu
Nam ut rex Hagbartum ob filiæ ſ
prum laqueo perdidit, ita viciſſim
Haquino, *Hagbarti* fratre, peremp
occubuit.

XXXIX. SYVALDVS II

Rex SYVALDVS poſt fratrem Syg
rum. Hujus temporibus pugnatum
tam acriter adverſus patris ſui pere
ptorem *Haconem*, ut ex regio ſang
ne ne unus quidem remaneret, præ
ſolam *Iuritham* Alfi filiam, Sygariq
neptem. Videntes igitur Dani regiu
ſemen defeciſſe, regnum popularit
tradu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

[t]radunt, creatis ex plebe principibus. [O]ſtmarus præficitur Scaniæ, *Hundingus* [S]ielandiæ, *Hano* Fioniæ, *Roricus* Aqui[l]onari Iutiæ, & *Halterus* Auſtrali. In[t]erea *Gumarus* rex Sueciæ interfecto *Regnaldo* rege Normannorum, *Drot*[*t*]*am* Regnaldi filiam rapuit, quæ ab eo[]dem ſtuprum capere coacta, filium procreat *Hildigerum*, crudelitate pa[]tre majorem. Verum paulo poſt *Bor*[*]*carus* quidam, occiſo Gumaro, eandem *Drottam* ſibi connubio ſociat, ex qua *Haldanum* illum fortem Iurithæ pro[]cum genuit.

XL. HALDANVS III.

Rex HALDANVS cognomento *Fortis*, qui multis victoriis glorioſus evaſit, [I]urithamque accepit ſororem, inter[]fectis duodecim gigantibus Iurithæ cuſtodibus, occiſo etiam ſponſo ejuſ[]dem primo die nuptiarum, ex qua poſt[]quam genuit Haraldum *Hülletand*, à *VVeſcto* pugile Sielandico interfe[]ctus eſt.

XLI. HARALDVS *Hülletand*.

Rex HARALDVS *Hülletand* patri [ſ]uo Haldano ſucceſſit, qui mox inter[f]ecto *Weſcto* patris ſui peremptore, [a]deo auxit Gothorum imperium, ut [o]mnia Occidentis regna uſq; ad mare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

mediterraneum illi ſubjecerit. Vnde a
aliis ſcriptoribus vocatur *Alaricus*,q
tempore Valentis Imperatoris dicitu
vaſtaſſe univerſam Italiam, adeoqu
Romam ipſam: fugientibus tamen a
Baſilicas Apoſtolorum, morte juſt
eſſe parcendum, nocturna viſione ac
monitus de apparentibus ſibi Apoſto
lis Petro & Paulo, eo cultu, quo ad i
lum venerat Romanus Pontifex, pr
urbe legatus ad procurandam pacem
Veriſimilius eſt tamen, hunc Alaricu
non fuiſſe verum Gottorum regem
ſed vice-regem tantum, quales mul
tunc erant, ſed omnes parentes Ha
raldi Imperio, qui erat rex Gottorum
principalis. Iſte Haraldus viribus po
tentiſſimus, multiſque regnis dives, pu
gnans adverſus Ringonem nepotem
ſuum rebellantem, quem regno Suec
num præfecerat, interfectus occubuit

XLII. RINGO.

Rex RINGO Haraldi nepos. Sed bre
vi tempore regnans, Scania Suecorum
regno applicata, puellam quandam
nomine *Hetham* præfecit Sielandiæ, a
cæteris regni Daniæ provinciis. Hi
Suecis dicitur *Haquinus* Ring, qui vict
Haraldo, Scaniæ præfecit quendam
virum fortiſſimum, *Olonem* nomine

Heth

Hetha puella fortiſſima regnavit in Sielandia, *Fionia* & Iutia, nomine regis. Verum Sielandenſes probroſum rati parere fœmineis legibus, *Olonem*, quem Haquinus Ring Scaniæ præfecerat, regem poſtulant. Iutiæ utriuſque ergo principatum tenuit *Hetha*, ſub tributo tamen ſerviens Oloni.

XLIII. OLO.

Rex OLO tantam exercuit tyrannidem, ut ſuperior reginæ & puellæ contemptus cunctis pœnitentiam pareret. Adverſus quem cum duodecim duces conſpiraſſent, deſtituti viribus & ingenio, *Starcatherum* pecunia aſciſcunt, qui acceptis centum vigintique auri libris, Tyrannum balneis utentem ideoque inermem confecit. Huic Oloni tanta erat oculorum acies, ut ſolo viſu terrefaceret etiam viros fortiſſimos: Nec Starcatherus confectorem egiſſet, niſi rex Olo ſimulata feritate vultum mutaſſet, de Starcathero non aliud ſuſpicans ob longam familiaritatis experientiam, quam illum eſſe ab inſidiis alieniſſimum.

XLIV. OMVNDVS.

Rex OMVNDVS Olonis filius. Hic poſtquam maturuit, in nullo (inquit Saxo) paternis operibus defectior ex-

titit. Siquidem res ab Olone geſtas, aut æquare, aut tranſcendere, curæ habuit: In ſuis tamen tyrannidem non exercuit. Hujus temporibus *Starcatherus*, voluntarie ab Hatero quodam interfectus, occubuit.

XLV. SYVARDVS I.

Rex SYVARDVS Omundi filius fuit infortunatiſſimus: Siquidem illius temporibus invaſerunt Sueci Scaniam, vicerunt, occupaverunt. Sic Germani quoque totam Iutiam. Igitur pugnans adverſus illum, qui Scaniæ erat præfectus, occiſus eſt, occiſo ſimul & Scaniæ præfecto.

XLVI. BVTHLVS.

Rex BVTHLVS Syvardi frater, ob mentis ignaviam coactus eſt advenienti *Iarmerico* regnum tradere. Sicque ex rege privatus evaſit.

XLVII. IARMERICVS.

Rex IARMERICVS multis victoriis glorioſus, apud Slavos, quos frequenter rebellantes, etiam frequenter victos, rurſum Danorum poteſtati ſubjecit, tandem ſeductus delationibus cujuſdam calumniatoris, cui *Bicconi* nomen erat, ſpecioſiſſimam uxorem ſuam nomine *Suavvildam* regis Helleſponti filiam ob ſtupri ſuſpicionem à

Bicco-

ccone falſo intentatam tradidit equo-
um calcibus proterendam: qua re
nagis fuit illius obſcurata gloria, quam
rioribus victoriis illuſtrata. Nam ob
anc cauſam ab uxoris fratribus, am-
utatis ſibi primum pedibus, & ma-
ibus, interemptus eſt.

XLVIII. BRODERVS.

Rex BRODERVS Iarmerici filius, pa-
um idoneus ſuccedit in regnum.

XLIX. SYVALDVS III.

Rex SYVALDVS nullius præclaræ rei
uctor.

L. SNIO.

Rex SNIO Syvaldi filius. Hic patriæ
es non ſolum ſervavit, ſed etiam di-
minutas in priſtinum ſtatum revoca-
it. Scaniam quoque à Danicæ juriſ-
lictionis integritate ſemotam, ad ſo-
ietaté patriæ victoria inſigni reduxit.
Hic regis Sueciæ uxorem vi rapuit ma-
no regni detrimento. Hujus tempo-
ibus exorta gravi fame, exiit è regno
grandis exercit⁹, qui ſuperatis Alpibus,
proximam illius Italiæ partem, quæ
nunc *Longebardia* dicitur, ab eiſdem
vocabulum ſortita, quod eſſent longis
barbis, invadentes occupabant, ac in-
terfectis omnibus viris, relictas uxores
accipiebant. Vnde crevit tota Lange-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

bardorum poſteritas. Hæc autem fe runtur facta anno ſalutis 586.

LI. BIORN.

Rex BIORN nullo egregio facinor inſignis.

LII. HARALDVS III.

Rex HARALDVS Biornonis filius re rum ſummam aſſequitur.

LIII. GORMO I.

Rex GORMO Biornonis filius Huic inter priſcos Danorum duces no infimæ laudis locum rerum ſtrenu geſtarum titulus tribuit. Nam quæ d hoc Gormone feruntur, ſunt penitu incredibilia; cujus curioſitatem in per veſtigatione ſecretarum ac mirabilium rerum omnes admirantur.

LIV. SIGEFRIDVS.

Rex SIGEFRIDVS Gormonis filius Godefridi frater, cujus uxorem VVi-dekindus Saxonum Rex, ſeu unus e primoribus *Weſtfalorum*, poſteà duxit ex qua genuit *Witpertum*. Hic legatos ſuos miſit ad Carolum Magnum anno Chriſti IↃCCLXXXVII, caſtris po ſitis ad *Lippiæ* fontem cum omni Fran corum exercitu conſedentem, atqu per dies non paucos ibidem moran tem.

LV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

LV. GOTRICVS.

GORMONIS filius rex GOTRICVS non armis modo, ſed etiam liberalita-e conſpicuus, incertum fortior an cle-nentior fuerit: adeoque ſeveritatem nanſuetudine temperabat, ut alterum ltera rependere videretur. Hujus emporibus CAROLVS MAGNVS, vi-ctricia trans Rhenum caſtra receperat, ui Gotricus gravia intulit bella: qui um proprii ſatellitis proditoria manu nteriiſſet, Carolus Magnus effuſo gau-dio exultavit, nihil eo caſu unquã for-tunę ſuæ jocundius obveniſſe cõfeſſus.

LVI. HENNINGVS.

Rex HENNINGVS, cujus dignum me-moratu opus (inquit Saxo) non reperi, niſi quod pacem cum Cęſare Ludevvi-co jurisjurandi firmitate compoſuit.

LVII. OLAVVS II.

Rex OLAVVS Gotrici filius. Hic in-terfecto patris ſui peremptore, ab aliis bellis abſtinuit. Mortuus vero ſepultus fuit apud *Lethram*, illius ſeculi re-giam.

LVIII. SIVARDVS II.

Rex SIVARDVS regis Norvvegiæ ex filia Gotrici filius, Scanis, Siclandiſ-que fautoribus, regnat. Nam conſobri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

nus ejus *Ringo*, idemque Gotrici ne[illegible] Iutiam occuparat: qui tandem mu[illegible] cæde ſunt extincti.

LIX. REGNERVS.

Rex REGNERVS, *Lodbrog* dictus, [illegible]vardi filius. Hic erat multis ſtrata[illegible]matibus admirabilis, multis etiam [illegible]ctoriis glorioſus, Chriſtianorum ta[illegible] acerrimus hoſtis & perſequutor. Pe[illegible] captus in Hibernia, & ſerpentum la[illegible] adjudicatus.

LX. HARALDVS.

Rex HARALDVS *Klach* tyranni[illegible] Regneri fugit ad Ludovvicum Im[illegible]ratorem, cujus pietate factus eſt Ch[illegible]ſtianus, roboratuſque Saxonicis au[illegible]liis primus in territorio Sleſvvice[illegible] templum Deo dicandum ſollicite [illegible] impenſe conſtruxit, poſt ſextum t[illegible]men annum factus eſt religionis Ch[illegible]ſtianæ infamis deſertor. Regnavit a[illegible]nis 16.

LXI. SYVARDVS III.

Rex SYVARDVS Reginfridi, *Saxo*[illegible] Regneri, cognomento *Lodbrog*, ſu[illegible]mis totius Danicæ concionis ſuffragii[illegible] paternum apprehendit imperium. H[illegible]jus inter alia præcipua laus eſt, qu[illegible] paternæ necis vindicem egit acer[illegible]mum. Erat autem vir ut animo ace[illegible]

i

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

viribus robuſtus, cujus fortitudi-
n & acrimoniam inde vel maxime
ſumus perpendere. Nam paternæ
is accepto nuncio, haſtile quod for-
manu tenebat, altius pedi ſtupefa-
s immerſit, mœroris magnitudine
poream negligente moleſtiam. Quo
to ſimul fortitudinem mœrorem-
e detexit, fortunam ſuam inter cala-
toſum filium conſtantemque vi-
m partitus. At poſt editas late ſtra-
s, domeſtica claritate contentus, to-
quam armis illuſtris haberi maluit,
niſſoque caſtrorum cultu, ex acerri-
o tyranno exactiſſimum pacis cuſto-
m gerere cœpit; tantum decoris in
io atq; vacatione conſtituens, quan-
m ante in victoriarum frequentia re-
ſitum autumabat. Adeo autem ſtu-
orum ejus mutationem fortuna fa-
rabiliter proſecuta eſt, ut ſicut ipſe
eminem, ita nec ipſum quiſquam ho-
iliter laceraret.

LXII. ERICUS I.

Rex ERICUS Haraldi frater, regnavit
nnis XIV. Hujus temporibus, com-
miſſo prælio adverſus *Guttornum* pa-
truelem ſuum, periit omne ſemen re-
ium, uſque ad unicum Syvardi filium
omine *Ericum Barnn:* quo prælio
uter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

uterque *Ericus & Guttornus*, cum numeris aliis interemptus eſt.

LXIII. ERICVS II.

Rex ERICVS Sivardi filius, di *Barnn*, principio regni ſui religio mum quemque aut ſuppliciis inſe aut rebus exuere, exilioque mulcre perſeveravit. Sed paulo poſt prædica te beato *Anſgario* Archiepiſcopo menſi, ſacrilegæ mentis errore de ſito, Chriſtianiſſimus evaſit. Regna annis, ut quidam* volunt, quadragi ſex, & primus Ripis Baſilicam conſt xit. Hujus temporibus erant Princ homines crudeliſſimi, graſſantes credibili ſævitia, non ſolum in Da ſed in Anglia quoque & Hibernia, c nes filii Regneri Lodbrogi, quorum h iunt nomina, *Ericus*, *Orebicus*, *Go fredus*, *Inguarus*, *Vbbo*, *Vlfo* & *Bior* Iſti fratres duce *Inguaro*, qui omniu fratrum fuit crudeliſſimus, primo N vvegiam ſibi ſubjiciunt: Deinde Angliam venientes, duos reges occi runt, duoſque fugarunt: Poſtea ſa ctus Emundus rex ab Inguaro capt ligatus, & flagellatus, noviſſime ve decollatus eſt. Inde recedens dimi claſſem cum aliis novem regibus Aq lonis, ex quibus quoſdam deſtinavit

Germ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

maniam, quoſdam vero in Galliam, omnes fere urbes Galliæ & Ger- niæ aut ſubegerunt, aut deſtruxe- t, templa cum cleris vaſtantes, o- em quoque populum ſibi reſiſten- n, cum mulieribus & pueris, in ore dii trucidantes. Dum hæc aguntur, ritur *Ericus Barnn*, relicto unico *Lodneknud* adhuc infante. quæ liens Olavus rex Sueciæ, cum gran- xercitu Daniam invaſit, vicit & oc- pavit, quinquennio poſſedit, factus ſexageſimus quartus.

LXIV. SIVARDVS IV.

Rex SIVARDVS Olavi nepos regnat nnis, tandem à Danis interfectus.

XV. LODNEKANVTVS.

Rex LODNEKANVTVS Erici filius. hic deſperato pene adoleſcente, auctor peratæ probitatis evaſit. Hoc vero ndus, quod abſque Chriſtianæ re- onis inſignibus mortem vita com- utavit.

LXVI. SVENO I.

Rex SVENO *Langeſod* Canuti filius, gnat novem annis.

LXVII. FROTO VI.

Rex FROTO Suenonis frater. Hic gliam vicit, ubi & fidem Chriſti edoctus,

edoctus, Chriſtianiſſimus evaſit.
lens igitur communem eſſe toti D
hanc fælicitatem, miſſo legato ad
pitum ſecundum pontificem Ro
num, fidei doctores poſtulavit:
priuſquam rediiſſet legatus, in Dor
mortuus eſt, cum regnaſſet in D
& Anglia annis viginti.

LXVIII. GORMO I.

Rex GORMO Frothonis filius re
quatuor annis. hujus tempore de
runt à Danis Angli, pro quorum r
peratione nihil fortiter conatus e

LXIX. HARALDVS

Rex HARALDVS Gormonis filiu
hoc egregiorum operum vacuus, q
regiarum opum (inquit Saxo) ſe
tor magis, quam propagator extit

LXX. GORMO III.

Rex GORMO acerrimus Chriſtia
rum perſequutor: hos enim puni
aut capitis ſupplicio, aut exilio dam
bat, aut facultatibus exuebat. T
plum etiam in fundo Sleſvvicen
Chriſtianis conditum, tanquam ſ
legum aliquod impietatis domicil
ab imis fundamentorum partibus
molitus eſt. Hic regiam majeſta
magis ſervavit, quam auxit. Qui
poſtulaſſet uxorem filiam *Hedel*

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

nglorum regis, nomine *Thyram*, co-
omento *Dannebod*, non antea im-
travit quam polliceretur ſe Chriſtia-
m fore; ex qua genuit duos filios,
nutum & *Haraldum*. Hic *Canutus*
eo erat patri dilectus, ut audita filii
orte protinus expiraverit.

XXI. HARALDVS Blaatand VI.

HARALDVS *Blaatand* Gormonis fi-
s. Hujus temporibus, Otto Impe-
tor depopulatus eſt totam pene Iu-
am: quo fugato ac fœdere cum illo
cto, factus eſt Haraldus rex Chriſtia-
ſſimus. Poſt hæc THYRA mater re-
s: quo redderet patriam tutiorem
clandeſtinis exterorum irruptioni-
s, quantum à Sleſvvico ad occiden-
lem Oceanum patet, vallo foſſaque
oſcindere aggreſſa eſt. Cui poſtea
Valdemarus rex & Abſolon epiſco-
us coctos lateres ſuperſtruxerunt, re-
tientes nova ſtructura lapſus veteris
alli. Iſte Haraldus cum multis annis
gnaſſet, à filio Suenone *Tüvveskeg*
gni affectatore, interfectus eſt per
uendam *Tokonem*. cujus corpus Roſ-
ildiam miſſum, apud ſacrarium, nu-
er ab ipſo conditum, ſolemnem ſe-
ulturæ locum recepit.

LXXII.

LXXII. SVENO.

Rex SVENO, *furcatæ barbæ*. Hic c
ſilio impiorum quorumdam nom
Chriſtiani hoſtium, interfecto p
Haraldo, gaviſus eſt ſe nactum eſſe
caſionem ſæviendi in divina: ſed i
liciſſimis caſibus afflictus & flag
tus, tandẽ reſipuit, factus Chriſtia
& ipſe, *Poppone* quodam diacono
Chriſtianam adjuvante, edito a
Danos inſigni miraculo. Is enim
fidei Chriſtianæ confirmationem
candens ferrum nudis manibus ill
cunctis ſtupentibus portavit. H
Suenonis beneficio habent mulier
regno Daniæ jus hæreditarium. I
Sueno tres Epiſcopatus Iutiæ inſtit
Sleſvvicenſem, Ripenſem & Arhuſ
ſem. Mortuus eſt poſt converſion
ac glorioſas victorias in perfectiſſi
vitæ fulgore, charus Deo & ho
nibus.

LXXIII. CANVTVS II

Rex CANVTVS Suenonis filius.
Norvvegiam occiſo ſancto Olavo
tinuit, gentemque Eſthonicam ſibi
didit. Deinde Angliam aggreſſus,
gato rege Edeldardo ac in Lond
mortuo, triumphato regno, relict
defuncti regis, filiam Ducis Norm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

iæ, uxorem accepit, ex qua genuit fi-
um nomine *Canutum*, cognomento
urum, ac filiam unam, quam Conra-
us Imperator accepit filio ſuo uxo-
m. Genuit etiam idem Canutus alios
lios duos ex Albina concubina, Ha-
ldum & Suenonem. Regnavit igitur
anutus iſte ſenex ſuper tria regna,
anorum, Anglorum, & Norvagien-
um, annis xx. Moritur anno Domi-
i 1040.

LXXIV. CANVTVS III.

Rex CANVTVS *Durus*. Hujus tem-
oribus regnavit Haraldus frater in
nglia quatuor annis. & mortuus eſt.
ui ſucceſſit Canutus Durus, & Sueno
cundus frater in Norvvegia, annis
re quinque; quo defuncto Norva-
ienſes elegerunt in regem, Magnum,
ncti Olavi filium. Quod cum reſciſ-
t Canutus Durus, cum Anglis & Da-
is Norvagiam invaſit: unde inito fæ-
ere, hac lege per amicos communes
unt reconciliati, ut qui fuerit alteri ſu-
erſtes, utrumque regnum occuparet:
anutus vero Durus, paulo poſt mor-
uus eſt, cum regnaſſet annis no-
em.

LXXV. SVENO III.

Rex SVENO *Eſtridis* Canuti Duri ex

Eſthryta ſorore nepos. Hujus temp
ribus *Magnus* rex Norvagiæ occu
turus regnũ Danorum ex pacto, qu
cum Canuto Duro pepigerat, pug
vit adverſus Suenonem,& vicit.Sue
igitur in Scaniam fugiens, atque in
in Sueciam fugam parans, audivit M
gnum eſſe mortuum, qui mox rev
ſus ab univerſis Danis in regem el
tur. Regnavit autem annis xxv
Huic erant quinque filii, qui om
poſt eum regnaverunt. Iſte Sueno e
magnus religioſus cultor, ac pręcip
Cleri amator, cui inter cæteros e
chariſſimus VVilhelmus Roskilden
Epiſcopus, à quo ſuſtinuit libere co
gui & admoneri, ſi quando admiſi
quicquam correctione dignum. N
quemadmodum in vita ſeſe mutuo
lexerant, ita in morte quoque n
ſunt ſeparati. Epiſcopus enim re
funeri ſolemni more occurſurus ju
parari duo monumenta, duoque
retra ex urbe Roskildenſi efferri. Cu
que cognoviſſet in *Topſy Ore* adeſſe
gium funus, erectis in cælum oculis
manibus, ſi quo rerum auctori ſe
tio placuiſſet, vitam à ſe finiri pet
hæc fatus, veluti in domeſtico lect
acquieſcens extinguitur.

LXXI.

LXXVI. HARALDVS VII.

Rex HARALDVS Suenonis filius natu grandior. Hujus tempore defecit ab obedientia Danorum Anglia, quæ jam 20 annis fuerat regibus Danorum vectigalis. Et quoniam regiæ functioni erat parum idoneus, ſub illius principatu quiſque ſuo voto vivebat, affectibus magis quam legibus, aut equitati ſerviens. Vnius tantum legis editione, maximos meruit vulgi favores, quia conceſſit reis in purgatione intentati criminis, ut ſeſe jurejurando tuerentur; quæ lex erat hoc nomine vulgo gratiſſima, quod minus periculi formidaretur ex perjurio, quã ex ferro. Erat autem Haraldus iſte ſacrorum officiis deditus, ſed ſuperſtitioſe magis quam pie. Cumque regnaſſet duobus annis, defungitur.

LXXVII. CANVTVS IV.

Rex CANVTVS *ſanctus*, ſecundus Suenonis filius. Iſte non ſolum egregius pietatis & religionis cultor, verum etiam magnus juſtitiæ amator. Videns autem regni incolas hærere in multis ad Chriſtianam pietatem religionemq; ſpectantibus, nec eſſe cæteris per orbem Chriſti fidelibus legibus & ceremoniis pares & conformes, cum

eſſent ob contemptum regiæ juſſion
qua juſſi erant expeditionem facere
Anglos rebellantes,gravi pecunia m
ctandi, remiſſa pecuniaria mulcta, r
ligioſa pietate urgebat, ut ritu aliaru
nationum, Chriſtianam religionem
profitentium, decimas ſacerdotib
ſuis ſolverent. Qui perfidia *Olavi* f
tris, ac proditione cujuſdam *Blacco*
diverſum perſuaſi, præcipue Iuti aq
lonares, frequenter perfidi, inſurrex
runt adverſus ſanctum & juſtũ Rege
fugientem in Fioniam perſequente
ubi in urbe Othonia ſanctum Dei ma
tyrem crudeliter occiderunt, in baſi
ca, quæ nunc Domino Albano ſac
eſt, anno regni ſui decimo. cujus cr
delem interfectionem fuiſſe verum
martyrium, divina pietas multa m
raculorum frequentia declaravit. F
riit anno cIↃ LXXXVIII.

LXXVIII. OLAVUS *Hunger*

Rex OLAVUS, tertius Suenonis f
lius. Hic ab exilio Flandrenſi revoc
tus, remiſſo fratre Nicolao, quem v
dem pro Olavi redemptione dederu
omnium ſuffragiis rex creatur. Huj
temporibus, in ultionem immaniſſi
parricidii tantæ fuit annonæ carita
ut multi fame perirent, quæ non ta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

m obſcurorum familias vexabat, ſed
am uſque ad Regis penates pervene-
t: quas cum vidit Rex periclitari
enſarum inopia, divinum natalem
lebraturus, rogavit Deum, ut ſi quid
e adverſus populum concepiſſet, ſuo,
on ejus periculo ſatiaretur. nec diffi-
les numinis aures habuit. nam ea-
m nocte eſurientem & parricidii
enitentem animam efflavit, anno 7
i regni, Domini 1095.

LXXIX. ERICVS *Eigoth* III.

Rex ERICVS, cognomento & reipſa
onus. Fuere huic Erico filii Haraldus,
anutus & Ericus, ſed primus con-
bina, ſecundus matrimonio, tertius
lulterio ortus proditur. Erat autem
ricus iſte ſimul fortis & manſuetus,
nuitque medium temperamentum
ter deſidiam & ferociam: quam-
brem majoribus formidoloſus, mi-
oribus autem percharus fuit, cum
os paterna indulgentia, illos regia ſe-
ritate inſequeretur. Filias quoque
ures ex concubinatu habuit. Hujus
mporibus factus eſt Aſcerus quidam,
ariſſimo inter Iutos loco natus, pri-
us Archiepiſcopus Lundenſis; prius
nim parebant omnes Danici regni
piſcopatus Archiepiſcopo Bremenſi.

Sub hoc Erico vixit glorioſus *Skial*
Candidus, educator filii Erici, nimiru
Canuti Ducis. Tandem octavo reg
ſui anno, pro expiatione ſummoru
peccatorum religioſam amplexus
peregrinationem, Iudæam verſus, e
ctis proceriſſimis quibuſdam pereg
nationis ſociis, ut ſui corporis pro
ritatem conſentaneo ſociorum hab
minueret. In ea vero peregrinatio
mortuus eſt in Cypro inſula toto or
famoſiſſima, ubi etiam non ſine gra
di miraculo ſepultus eſt, eadem inſu
ab ipſius ſepultura defunctorum cad
vera continente, quæ antea non po
rat continere, anno Domini 1105.

LXXX. NICOLAVS.

NICOLAVS quintus Suenonis fili
Huic erat filius nomine *Magnus*, ex
xore Margaretha filia regis Sueciæ, h
mo crudeliſſimus & impius, qui eti
interfecit ſanctum Canutum mar
rem & ducem, ipſius quoque fratr
Haraldum. Iſte Nicolaus bello ſupe
tus ab *Erico Emund*, occiſo Magno
lio, fugit ad Sleſvvicum, ubi à Iutis
terfectus eſt, in ultionem Canuti
cis, qui erat Iutis chariſſimus. An
Domini 1135.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

LXXXI. ERICVS *Emundt* IV.

ERICVS *Emundt*. Hic interfecto Ha-
ldo fratre ſuo, univerſiſque liberis
us ſubmerſis, tandem regnavit. Bel-
etiam vicit & interfecit Magnum,
atris ſui Canuti interfectorem. Pa-
m igitur bello quæſitam juſtitiæ or-
mentis excolere ſtuduit. Graviter
im animadvertere cæpit in majores
potentiores, qui minores injuria
ficiebant: unde neque familiaritati
eq; neceſſitudini parcebat: majorum
im inconſultam avariciam, aut fer-
, aut laqueo caſtigabat. quo ſtudio
principum odia & plebis obſequia
ntraxit. Hic Ericus ab Epiſcopo Roſ-
ldenſi Eſchyllo, ob ſimultatem inter
os exortam, pulſus eſt in Iutiam, Sia-
ndenſibus Eſchyllo opem ferentibus,
lis Skialmonis filiis ſeditionis con-
rtium detrectantibus. Sed ut ad eos
punitas redundavit, ita ad Eſchyl-
m pœna conceſſit. Rege enim cum
tica claſſe reverſo, patris ac patrui
terventu uſus, vicena auri talenta
ulctæ nomine perſolvit. Tandem à
logo quodam claro loco inter Iutas
ato, coram rege cuidam ex plebe de
queritanti reſpondéte, lancea trans-
rberatus occubuit; Anno Domini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

1539, cum jam quatuor annis [...]
gnaſſet.

LXXXII. ERICVS *Lamb.* V[...]

ERICVS *Lamb*, Erici ex ſorore nep[...]
Hic præter ſolam animi fortitudin[...]
nihil à natura dotis acceperat. ſi[...]
enim erat prudentia vacuus, ita par[...]
amœnus eloquio. qui confectis a[...]
quot bellis adverſus *Olavum* avunc[...]
ſui Haraldi filium, tandem Otho[...]
factus eſt monachus. moritur regni [...]
anno 8, Chriſti 1547.

LXXXIII. SVENO IV.

SVENO Erici Emundi filius. Hu[...]
temporibus ambiebant regnum eti[...]
Canutus Magni filius, & *Waldema*[...]
Canuti ducis filius, variantibus in[...]
ſeſe populi ſuffragiis. Igitur Scanie[...]
ſes elegerunt Svvenonem, una cu[...]
Sielandis; Iutorum principatum [...]
nente Canuto. inter quos ancip[...]
ſemper victoria pugnatum eſt dec[...]
annis. Ab hoc Suenone captus eſt, [...]
per ludibrium in templo Beati L[...]
rentii ſuſpenſus, *Eſchyllus* Archiepiſc[...]
pus Lundenſis. Vbi ergo Sueno iſte n[...]
la certa victoria videret ſibi totius [...]
gni principatum contigiſſe, deſpe[...]
bundus fugit in Saxoniam. Inter[...]
Dani convenerunt, eligẽtes duos reg[...]

Wal-

Valdemarum filium Canuti Ducis, i Erici Boni, & *Canutum* filium Ma- i interfectoris beati Canuti regis; c lege, ut ſimul regnarent. Quod m audiſſet Sueno ex Saxonia rever- , hanc meruit gratiam, ut cum aliis obus regni conſortium acciperet, rtito in tres partes univerſo regno. eno igitur Saxonum præſidiis & ar- is fretus, mox Canutum Roskildiæ loſe occidit, occiſurus etiam VVal- marum, niſi beneficio *Hesberni Sna-* nepotis *Skialmonis Candidi*, ſervatus inlutiam maximo naufragii pericu- fuiſſet tranſvectus. Quem cum in- queretur Sueno, eodem anno in præ- o, quod *Gratemoſæ* commiſſum eſt, à Valdemaro victus & occiſus eſt: unde juſtas dedit perfidiæ pœnas.

LXXXIV. CANVTVS V.

CANVTVS filius Magni, filii Nicolai nterfectoris regis, beati Canuti Ducis. Hic naturam à patre ſortitus, à pater- nis moribus erat alienus. Cumque uodecim pene annis dubia ſpe regnaſ- ſet, tandem à Suenone perfidiſſimo Roskildiæ per inſidias nocte occiditur.

LXXXV. VVALDEMARVS I.

VVALDEMARVS Canuti Ducis filius, non ſolum naturæ, ſed etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

pietatis paternæ hęres egregius. Hic i
terfecto publico prælio perfidiſſi
Suenone, tandem ſolus regnavit. H
jus temporibus, cum frequentes f
cerent incurſiones Saxones in Iutia
Waldemarus & *Abſolon* Epiſco
Lundenſis, ut multis annis arceren
ab hujuſmodi incurſionibus, extru
runt murum cocto latere, ſuper va
olim facto in eandem rem ab illuſt
ſima Danorum regina *Thyra Dane*
matre Haraldi *Blaatand*, quam qu
dem ſtructuram appellant *Dane We*
ke. Hic VValdemarus cum eſſet mu
tis victoriis glorioſus, admirãdis etia
rebus eximius, triumphata *Rugia* a
que per Abſolonem ad fidem conv
ſa, cum filiam ſuam dediſſet Frider
Imperatoris filio uxorem, vidiſſetq
ſanctiſſimum patrem ſuum Divoru
Catalogo aſſcriptum, filium ſuum r
gni diademate ornatum, tandem mo
tuus eſt, cum regnaſſet annis 25,
Ringſtede ſepultus, cum Sereniſſim
regina uxore ſua *Sophia* filia Svverk
nis regis Sueciæ, quæ obiit anno Do
mini 1182.

LXXXVI. CANVTVS VI.

CANVTVS primus VValdemari filiu
Qui per Abſolonem Epiſcopum ter

mari glorioſe belligeratus eſt adver-
Romanum Imperatorem, conten-
ntem, Danorum regnum ſemper li-
rimum, eſſe imperii feudum. Hol-
iam igitur & Dithmarſiam trium-
avit. Tandem cum regnaſſet annis
mortuus eſt, anno 1203, in Ringſte-
ſepultus cum ſua ſorore *Regiza* re-
na, uxore Erici regis Sueciæ, quæ obiit
no 1201.

XXXVII. VVALDEMARVS II.

VVALDEMARVS Canuti frater, fuit
ultis victoriis glorioſus, qui Danis
tur etiam legem compoſuiſſe, anti-
as leges aut emendaſſe, aut in ordi-
m redegiſſe. Norvegiam vicit, cui
gem tributarium dedit *Erlingum*
endam, ducemque conſtituit *Philip-*
m: accepit autem uxorem nomine
agmor filiam regis Bohemiæ. Hujus
mporibus initium habuerunt Ordi-
s Minorum & Pręedicatorum ſub an-
o 1208. Et eodem anno pugnatum
t in *Lena Oſtgotiæ*, duce *Suerchero*
ack Rege Suecię, filio regis Caroli in-
rfecti à Canuto rege, filio ſancti
rici, in cujus ultionem Suercherus in-
rfecit omnes Canuti filios, unico
rico filio in Norvegiam evadente.
uic Suerchero auxilium à VValde-
maro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

maro poſtulanti, additæ ſunt Dan
rum copiæ fortiſſimæ, virorum vide
cet octodecim millia, ſub principib
belli *Ebbone Simonis* & *Laurentio* illi
fratre, fortiſſimis pugnatoribus, fil
domini *Suenonis Sielandici* de *Kna*
torp. factaq; eſt magna utriuſque exe
citus ſtrages. ceciderunt in eo præ
præfati belli Principes. pugnatum
autem pridie Kal. Februarii, ceſſitq
victoria Suerchero, ſed maxima
exercitus jactura, cæſis innumerabi
bus Suecis. Rurſus anno 1210 bell
tum eſt. *Gulſtus Reen* ibi & rex Sue
cherus occubuit & dux *Folcho*, alii qu
que multi viri nobiles de *Folchong*
ceſſitq; victoria Suecis. Anno 1214,
defuncta eſſet regina *Dagmor*, celebr
tæ ſunt ſecundæ nuptiæ Regis VVa
demari, cum filia Regis Portugalli
qui anno ſequenti conſtituit filiu
ſuum VValdemarum regem in placit
Wibergenſi; qui tamen ante patre
ſuum mortuus eſt, anno Domini 123
ſepultuſque eſt *Ringſtadiæ*, cum uxo
ſua *Dagmar*, filia regis Bohemiæ,
cum uxore ſecunda *Berengera*, filia re
gis Portugaliæ, ſorore Comitis Flan
driæ, quæ obiit anno 1220. Eiſde
temporibus Otto Imperator armat
milite venit adverſus VValdemarun
regem

gem, occupaturus Holſatiam, ...res illi ex voto ſuccederent: ve... m cum audiſſet regem VValdema... m ſibi cum ingentibus copiis occur... e, in fugam eſt converſus, nec ...ievit donec ultra Albiam ventum ...et. Anno Domini 1216 VValde... arus rex terram Comitis Henrici ul... a Albiam paulatim vaſtare ac popu... i cæpit, extruxitque duas arces non ...ocul ab *Hammaburg*, Ducatumque ...ico filio ſuo contulit. Comitatum ...tem, quem ab Heinrico Comite vin... cavit, Nicolao filio ſuo (quem ex ...llice habebat) dedit. Anno 1223 ...lo captus eſt rex VValdemarus cum ...io VValdemaro, & in Slavoniam de... ductus. Anno autem 1226 grandi ...ecunia redemptus. Anno 1232 co... natus eſt Ericus VValdemari filius ... regem, & frater ejus Abel Iutiæ ...ucatum accepit. Anno 1239 idem ...icus duxit uxorem Iuttam filiam ...ucis Saxoniæ. Igitur cum VValde... arus glorioſe regnaſſet annis 39, ...ortuus eſt 1241 in cæna Domini, ...uæ erat quinta Kal. Aprilis: in *Ring-* ...*ede* ſepultus, regno in optima pace ...elicto, ac filiis omnibus antea matri... monio junctis.

LXXXVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

LXXXVIII. ERICVS V[illegible]

ERICVS VValdemari filius, vir bo[illegible] ac pius. Hic multis annis adverſus [illegible]trem ſuum *Abel* virum crudeliſſim[illegible] belligeratus eſt: à quo tandem d[illegible] capitur, capiteque truncatur in v[illegible]lia ſancti Laurentii, 1242.

LXXXIX. ABEL.

ABEL Erici frater & perempt[illegible] cum duobus annis male regnaſſet [illegible] Phriſonibus eſt interfectus Eiderſtad[illegible]ſibus, juſto Dei judicio, quod ille p[illegible] occiderat regnandi cupiditate in[illegible]centiſſimum fratrem ſuum, a[illegible] 1242.

XC. CHRISTOPHORVS

CHRISTOPHORVS frater Erici & [illegible]belis, nullo facinore glorioſus erat. [illegible] illius Principatu tanta erat plebis [illegible]bellio adverſus regem, ut coacta tu[illegible] irrumperet in arces regias, quas [illegible] deſtruxit aut prorſus eſt demol[illegible] Vno ſcelere evaſit infamis: acc[illegible] enim Archiepiſcopum Iacobum [illegible]ptivum, quem carceri mancipavi[illegible] arce *Hagenſcovv*. Cujus cauſa j[illegible] regnum fuit novem annis ſub inte[illegible]cto. Mortuus eſt anno Domini 12[illegible] Circa hæc tempora obſervatum [illegible] quiddam in Suecia, quod à tempori[illegible]

ſa[illegible]

ti Erici initium habuit. Cum enim
uecia Vpſalenſes ſanctum Ericum,
cania vero Oſtgoti Caroli Suerkeri
k patrem elegiſſent, conſtituerunt,
x his duabus progeniebus, alternis
bus, eligerentur Reges. quæ conſti-
o duravit centum annis, uſque ad
pora Burgeri ducis, patris VValde-
ri, & *Magni Ladelaas*, regum Sue-
, qui captos dolo præcipuos de *Fol-
gis* viros eximios occidit, ut re-
m apud illius poſteros perſeve-
et.

XCI. ERICVS VII.

ERICVS *Klipping* erat multis flagitiis
ertus, ſacrilegiis, oppreſſionibus, ac
ami libidine; ita vocatus, ut omni-
s haberetur inviſus. Igitur anno 1286
m ruri ageret venationis gratia, ac
cte beatæ Ceciliæ dormiret in villa
ndetorp VVibergenſis diœceſis, jace-
que cum multis in horreo quodam
ultum ſoporatus, ingreſſi ſunt clam
tem viri prævia laternula, ſtudio
mati: quorum unus regis caput ma-
ui innixum gravi pugione crudeliter
nſverberat, cæteri vero invadentes
gis cadaver jam exanime, intulerunt
i vulnera 70, in ultionem perfidiæ i-
ius regis, ac præcipue nefandæ libi-
dinis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

dinis, qua expugnaverat corruperat
multarum etiam nobilium matro-
rum pudicitiam, inter quas etiam
rat ſtuprata uxor domini *Stygoti*
dreæ, regni Marſcalci. Iſte Ericus
dit filiam ſuam nomine *Sophiam* V
demaro regi Sueciæ uxorem: qui
ſtuprum ejuſdem ſororis Sophiæ e
gno pulſus, habuit Magnum Lade
fratrem ſuum regni ſucceſſorem.

XCII. ERICVS *Memvvidt* VI

ERICVS *Memvvidt* Erici filius,
quot victoriis adverſus Teutones i
gnis, *Roſtochium* triumphavit, & ju
Warnavv turrim extruxit. Hujus t
pore anno 1287 juratum eſt in
nia à 27 viris nobilibus, Dominum
cobum Comitem Hallandiæ, Do
num *Stygotum* Marſchalcum, Do
num *Nicolaum Hallensfar*, Domin
Petrum Porſe, alioſque multos illor
complices, veros eſſe regis Erici in
fectores: qui ſtatim ſibi timentes
Norvagiam fugerunt, receptique ſu
ſub regis Norvagiæ protectione, a
1293. Mortuus eſt autem domin
Stygotus, quondam interfecti regis
ci Marſchalcus, in inſula *Hielmo*, qu
arce quadam munierat, ubi regis
terfectores tuta habebant præſi

ul

nde etiam piraticam exercebant. A
ygoti enim obitu diſperſi ſunt, ac di-
rſis locis ſupplicio affecti. Nam anno
atim ſequenti captus eſt *Ranelonus*,
ui extra Roſkildiam rota percuſſus
ccubuit in ultionem interfecti regis
rici, cujus idem *Ranelonus* fuerat cu-
icularius, adeoque proditor infamis.
te Ericus mortuus eſt ſine liberis anno
319, cum regnaſſet annis 33, in Ringſte-
e ſepultus. & ad ſiniſtram ſuam jacet
ater ſua Agnes regina, uxor regis
rici VVibergis ſepulti, filia Alberti
archionis Brandenburgenſis, quæ
biit 1304: & ad dexteram ejuſdem ja-
et uxor ſua, filia Magni regis Sueciæ,
uæ obiit anno 1319.

XCIII. CHRISTOPHORVS II.

CHRISTOPHORVS Erici frater, qui
lectus eſt anno 1320, erat regni dia-
emate prorſus indignus ob igna-
iam, nec unquam fortunatus aut fe-
x, adhæc omnis nobilitatis oſor, po-
uli vorator. Igitur tanquam perfidus
rinceps ſuſtinuit multorum rebellio-
em: quam declinare volens bis è re-
no fugerat, rediitque ſpe recuperan-
i, ſed nullo fructu. Nam Holſatis in
ignus dederat univerſam Scaniam.
Habebat autem tres filios, Ericum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Ottonem & VValdemarum. Ericu
regem conſtituit, ut una ſecum regn
ret. Verum uterque male regnans, gr
ve odium incurrit. Nam regni proc
res fugato patre filium captum carc
manciparunt in arce *Haderſleff*: q
occaſione cœperunt Holſatiæ Comi
regnum ambire, nihil non tentante
ut Danos in perpetuam quandam ſe
vitutem redigerent: quod anima
vertentes Danorum proceres, rev
cant ab exilio Chriſtophorum rege
& Ericum illius filium à vinculis a
ſolvunt, qui paulo poſt brevi tempo
regnantes calamitoſa morte defun
ſunt, anno Domini 1333. Domin
Magnus Rex Suetiæ redemit unive
ſam Scaniam à Dominis Holſati
qui illam in pignus acceperant à Ch
ſtophoro rege Danorum, patre VV
demariDuri. Redemptionis autem p
tium erat 70 millia marcharum arge
ti puri; videntes enim Holſati, ob t
rannidem, qua graſſabantur in unive
ſam Scaniam, defeciſſe Scaniæ pr
ceres ad *Magnum Smeg* Sueciæ rege
coacti ſunt vendere, quod alioqui n
fuiſſent diu habituri. Anno Domi
1340 cum in regno Daniæ adhuc eſ
interregnum, mortuo ſcilicet re
Chriſtophoro, & nondum ex au

Imp

mperatoris reverſo VValdemaro, Iu-iam ſunt hoſtiliter ingreſſi Domini Holſatiæ, Ioannes Dux & Gerardus Co-nes, eandem mox occupaturi. Cum-ue Comes Gerardus ad *Randruſiam* itiæ civitatem perveniſſet, ac ibidem ua firmaſſet præſidia, à nobili quo-am viro *Nicolao Ebbonis*, patriæ liber-atis ſtudioſiſſimo, nocte interfectus ccubuit, cum multis nobilibus ac aliis nilitibus, quos ſecum in præſidiis ibi-lem habebat.

XCIV. VVALDEMARVS III.

VVALDEMARVS cognomento *Re-robus*, fertur fuiſſe verſutiſſimus, ava-iſſimus, & audaciſſimus: qui cum ffendiſſet regnum pauperrimum, ſci-icet à ſuo patre ſpoliatum, ab hoſtibus Alemannis vaſtatum, à quibus tum etiam multę arces poſſidebantur, mira vafricie vindicavit è poſſidentium ma-nibus, minima ſanguinis jactura, prin-cipio regni ſui, ſcilicet anno Domini 340. Vindicavit etiam Scaniam, abu-ſus ſimplicitate Magni regis, ac dolo exuſtis omnibus ejus literis. Anno ve-ro proxime ſequenti vindicata Sca-nia, jam aperto Marte invaſit *Ölandiam* & *Gotlandiam*: atque cum crudeliſſi-me vaſtaſſet utramque, interfectis in

ölandia quingentis viris, in *Gotlandi*[...]
vero duobus millibus; eodem anno a[...]
miſit *ölandiam* & *Gotlandiam*, qu[...]
tamen poſtea eſt retenta. Iſte VValde-
marus in aſſerendo regno fuit admo-
dum glorioſus. Nam ut illud in liberta-
tem aſſereret, nihil non tentavit: rece-
perat vaſtatum, ſpoliatum, depaupera-
tum, & quodammodo in ſolitudinem
redactum, non tam ignavia patris a[...]
fratris, quam exterorum incurſioni-
bus; ſed liberum ac florentiſſimum re-
liquit. Hanc tamen illius gloriam ob-
ſcurarunt, inſatiabilis avaritia, ac infa-
mis perfidia, qua violato jurejurando
cepit tyrannidem exercere adverſu[...]
nobilitatem totius regni, quam etiam
extinctã cupiebat, quo crudelius graſ-
ſaretur in omnes, jam ſublato metu
qui ſolet eſſe officii cuſtos. Ob hanc
enim cauſam pertulit ab ipſis proceri-
bus frequenter rebelliones, non inſi-
diantibus regi & crudeli, & formida-
bili, ſed ſibi magis proſpicientibus n[...]
perirent; quorum tamen rebellionem
crudeliter ulta eſt in multos *Margare-
ta* illius filia, trium regnorum regina
quantumvis viſa ſit aliis virtutibus ſpe-
ctabilis. Erat autem VValdemarus iſt[...]
adeo irritabilis in omni re, ut etiam fa-
cile fuiſſet fidẽ relicturus, ni obſtitiſſe[...]
religio[...]

eligioſus quidam pudor. Nam Romano Pontifici ob tyrannidem ac perfidiam interdictum ac excommunicationem minanti, fertur in hæc verba reſpondiſſe: *Waldemarus rex Daniæ Romano Pontifici ſalutem. Naturam habemus à Deo, regnum ab incolis, divitias à parentibus, fidem vero à tuis prædeceſſoribus, quam, ſi nobis non faves, remittimus per præſentes. Vale.* Habebat autem uxorem nomine *Helvvig*, filiam VValdemari ducis Sleſvvicenſis, ex qua ſuſtulit præcipue duas filias, unam, quæ nupſit *Haquino* Norvagienſium regi. Hæc fuit *Margareta* regina trium regnorum, alteram, quæ nupſit duci Magnopolēſi, cui genuit duas filias, matrē Erici regis de Pomerania, & Chriſtophori regis de Bavaria. Cum multis annis regnaſſet VValdemarus, mortuus eſt in arce *Gurræ* à ſe extructa, ſepultus Soræ cum patre ſuo, anno Dom. 1375.

XCV. MARGARETA.

MARGARETA loco regnavit VValdemari patris, mulier chriſtiana ac religioſa valde, & adeo potentia, fortuna, victoriis, divitiis ac prudentia glorioſa, ut fortunatiſſimos viros videatur non ſolum æquaſſe, verum etiam longe ſuperaſſe. Hæc regnante patre nupſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Haquino filio *Magni Smeg* regis Sueci
Norvvegiæ: cui unicum filium genui
Olaum nomine, anno Domini 134
qui fertur ignota morte periiſſe, non
dum accepto regno, anno 1384. Re
gnavit autem poſt mortem Haquin
ſui mariti annis 32. Bellum enim a
Haquino cœptum adverſus Albertum
regem Sueciæ illa glorioſe perfecit. An
no Domini 1389 miſſo ex Dania grand
exercitu, ſub principe belli domino
Ivaro Lucke, pugnatum eſt in *Aſle* ad
verſus Albertum regem, ceſſitque for
tuna ipſi Margaretæ victoriam, captuſ
que eſt Albertus in prælio, una cum fi
lio ſuo Erico duce, ſimulque cum illi
capti ſunt *Rodolphus* Archiepiſcopu
Scharenſis, Dux *Magnopolenſis*, regi
Alberti pater, Comes Holſatiæ, & Co-
mes de *Reppin*, alii quoque multi Ba-
rones, & proceres, interfectis multi
militibus plebeiis. Nam equites aurat
ibidem cæſi fuerunt 19, exceptis alii
nobilibus, qui numerari non poſſunt.
Nam ut glorioſa victoria, ita præceſſe
rat atrox bellum. Captus igitur Alber-
tus, & in Daniam ductus, ſex annis in
captivitate durat. Liberatus eſt autem
à captivitate anno 1395, circa feſtum
Michaëlis; hac lege, ut præfixo ter
mino aut ſolveret reginæ 60 marcha
rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

m millia argenti puri, aut fieret de-
itio civitatis Holmenſis, aut rediret in
ptivitate perduraturus. Cumque nec
diret, nec ſolvere valeret tantam
mmam, ſcripſit Holmenſibus, & mox
onſequuta eſt deditio. Sicque obtento
niverſo regno glorioſe regnavit, pepi-
itque fœdus illud ſolemne, quod tria
gna conjunxit, quod utinam duraſ-
t in hodiernum uſque diem. Ictum
nim erat fœdus hac lege, ut in electio-
e regum, alternis vicibus haberet Sue-
ia primum ſuffragium, Dania vero al-
ernis. Et quoniam in electione Erici
egis Dania primum habuerat ſuffra-
ium, mox in electione Chriſtophori
egis, etiam primum uſurpabat ſuffra-
ium: qua temeritate & arrogantia
ffenſi Sueci, ſtatim elegerunt ſibi pro-
rium regem *Carolum* Canuti, ma-
imo utriuſque regni diſpendio. Hæc
Margareta cum orbata eſſet poſterita-
is ſpe, nimirum mortuo Olavo filio,
ocatum ad ſe Ericum nepotem ex Po-
merania, in regem eligendum curavit,
nno Domini 1396, cum eſſet quatuor-
decim tantum annorum, qui ſtatim
anno ſequenti Calmariæ eſt coronatus
ab Archiepiſcopis Lundenſi & Vpſa-
lenſi, præſentibus Epiſcopis Lincopenſi,
Scharēſi, Arengenēſi, Aroſtenſi, Vexio-

nenſi, Arioſinenſi, Ripenſi, Orcadenſi: ubi creati ſunt ex tribus regnis equites aurati centum triginta tres. Itaque Margareta cum Erico habebat commune regnum, uſque ad diem mortis ſuæ, accepitque ille uxorem, filiam regis Angliæ, nomine *Philippam*, anno 1406. Celebratæ ſunt nuptiæ Lundi eodem anno, circa feſtum omnium ſanctorum. Cumque diu regnaſſet ſemper cleri amatrix, magno laicorum odio, tandem mortua eſt, ac Roſchildiæ ſepulchro precioſo ſepulta anno 1412, circa feſtum Simonis & Iudæ.

XCVI. ERICVS X.

ERICVS filius ducis Pomeraniæ, VValdemari pronepos. Hunc Ericum narrat Sueco rum Chronicon, ſic educatum fuiſſe à Margareta regina in omni perfidia & crudelitate, ut VValdemaro nihil fuerit inferior, imo perfidia ſuperior, adeo ut dicant illum ex Margaretæ uberibus ſuxiſſe quicquid mali iſtæ illa velut hæreditario jure à patre crudeliſſimo & verſutiſſimo poſſèderat. Obteſtata enim ſuper literis, & juramentis ſervandis, de fide caſtrēſi non in exteros transferenda, ſolita erat reſpondere; *Servate vos qua poteſtis diligentia noſtras literas, nos curabim⁹ arces ſervari.*

vari. Hic Ericus obteſtatus de jurejurando fertur eadē ſententia reſpon-
ſe primatibus Sueciæ. Hujus Erici
temporibus fecerūt Alemanni gravem
irruptionem in regnum Danorum,
ſed nullo ſuo commodo; Philippa re-
gina & ſenatu regni adverſus illos pu-
gnantibus & vincentibus. Rex autem
Ericus viſus eſt bellis nihil aliud quæ-
ſiſſe, affectaſſe, deſideraſſe, quam ſuorū
procerum ac nobilium interitum, ideo-
que fertur amaſſe bellū, victoriam non
optaſſe, ſemper contentus cladem ali-
quam ſuorum fidelium procerū acce-
piſſe. Qui cum erga omnes eſſet perfi-
dus & iniquus, tandem ab utroque re-
gno deturbatus, elegit *Gotlandiam* in-
ſulam, tanquam exilii tutiſſimum præ-
ſidium: unde piraticam in Suecos per-
petuam exercuit, Danis interim par-
cens, à quibus etiam recedens, & in *Po-
meraniam* rediens, tradidit totam *Got-
landiam* poſſidendam & aſſervandam.
Adverſus hunc Ericum feruntur mul-
ta ſcripta accuſationum capita, quibus
palam eſt illum fuiſſe è regno juſtiſſi-
me profligatum: ac inter cæteras gra-
viſſimas querelas, 27 proditiones capi-
tales & infames. Cumq; diu regnaſſet,
multis adulteriis opertus, voluptatibus
deditus, perjurio, rapina, perfidia, vio-
 lentia,

lentia, tyrannide ac proditione ſcele-
tiſſima, cóſpiratione ſolemni omni
procerũ regni, publicam libertatem
ptimo jure aſſervantium, cõſterna
ſibi male conſcius fugit in *Gotlandi*
compilatis regni theſauris, ac com
tus unica concubina præ cæteris c
riſſima, cui nomen *Cæcilia*, quæ n
minimam præſtitit expulſionis c
ſam, cum eſſet illi multorum malor
incentrix ac conſultrix. Fugit aut
anno Domini 1438, cum à coronat
ne ſua regnaſſet annis 14.

XCVII. CHRISTOPHORVS III.

Rex CHRISTOPHORVS dux Ba
riæ, etiam VValdemari pronepos:
electus eſt in Regem conſilio Erici
gis. Cui ſi contigiſſet vita diuturni
evaſiſſet valde glorioſus, præcipue
verſus petulantiam civitatum q
Hanſeaticæ dicuntur. Nam ad illaru
petulantiam coërcendam ac refrena
dam (qua etiam regnis ac principib
minitabantur) videbatur valde id
neus: vehementer enim dolebat, *L*
becam olim à Danis extructam, Dan
rumque regibus ſubjectam, ſic per pr
ditionem libertatem vindicaſſe, ut i
nunc dominari cupiat, cui prius ſu
jecta ſerviebat. Ad eam igitur rem pe
ficie

ndam collegit ab univerſo regno
gnam pecuniarum vim:unde offen-
quilonares Iuti, excitata gravi ſe-
one rebellare tentantes, à rege vi-
unt,graviterque mulctati. Cumque
iſſet uxorem filiam Iohannis Mar-
onisBrandenburgenſis nomine *Do-*
eam, ſine liberis mortuus eſt, anno
ni ſui ſeptimo,Domini 1447,in arce
ſingborg. Erat autem iſte Chriſto-
rus Danis quidem acceptus, Sue-
nviſus: quibus tamen ad mortem
ue dominatus eſt.

CVIII. CHRISTIANVS I.

Rex CHRISTIANVS, ejus no-
nis primus, filius Theodorici Co-
tis de *Oldenburg*, & *Hedvvigis* ſo-
is *Adolphi* ducis Sleſvvici. Electus
autem conſilio domini Adolphi
cis Holſatiæ, cujus erat conſan-
neus. qui ducta uxore Dorothea,
ceſſoris ſui *Chriſtophori* relicta vi-
a, genuit ex illa filiam unam nomi-
Margaretam, poſtea Scotiæ re-
uxorem; ac duos filios, Iohan-
m & Fridericum. Hæc electio facta
anno Domini 1448. Hujus tempo-
ous plene defecit Sueciæ regnum à
dere trium regnorum, coronato
i proprio rege *Carolo* Canuti filio,
ejuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ejuſdem regni Marſchalco; quo t[o]-
dem expulſo ob tyrannidem ac pe[r]-
diam, aſſumptus eſt *Chriſtianus* eti[am]
in Sueciæ regem, ſed parvo tempor[e re]-
gnantem, ſeditionem adverſus ill[um]
moventibus Suecis quibuſdam na[tura]
factioſis, Carolo jam revocato ex u[rbe]
Gandavenſi, in qua 7 annis exili[um]
tranſegerat. Iſte *Chriſtianus* cum e[sset]
natura clemens, egregiuſque pecu[nia]-
rum contemptor, nec odii tenax, [nec]
injuriarum vindex, habuiſſet ſuo ſe[cu]-
lo regnum minime violentum, par[um]
etiam cruentum, ſi calumniatores q[uo]-
dam illius ſimplicitate non fuiſſent [ad]
magnam regni Sueciæ perniciem a[bu]-
ſi. Archiepiſcopus enim Vpſalien[ſis]
Dominus *Iohannes Benedicti*, vir [no]-
biliſſimus, falſis delationibus quoru[n]-
dam calumniatorum à rege *Chriſtia[no]*
captus ac ludibriis affectus multis, [in]
Daniam etiam miſſus, ubi magna i[n]-
juria calamitoſe vixit. Cujus tamen [pa]-
trocinio ac præſidio *Chriſtianus* rex ac[ce]-
ptus erat regni diadema. Idem eni[m]
Archiepiſcopus ſuccenſus patriæ libe[r]-
tatis amore, odio habens Caroli re[gis]
maximam perfidiam, crudeliſſima[m]
tyrannidem, atque inſatiabilem a[va]-
ritiam, ſemper reſtitit *Carolo* regi pri[n]-
cipi perfidiſſimo, quem ſciebat cont[i]-
triu[m]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

n regnorum ſolemne fœdus pri-
 quorundam ſuffragiis violenter
uſum eſſe regem. Rex tamen *Chri-*
us, deprehenſo calumniatorum
, à captivitate abſolutum Archie-
pum in Sueciam magno cum ho-
 remiſit: qui reſtitutus gradui pri-
, contempta captivitatis injuria,
ortem uſq; magna Suecorum per-
rum admiratione permanſit regis
ſtiani regno & Principatui fideliſ-
s. Cum igitur *Chriſtianus* iſte gran-
cunia, partim à regni tributis col-
, Holſatiæ ducatum redemiſſet,
ſiam armis viciſſet, Gotlandiam
upaſſet, Erico rege decrepito in
neraniam reverſo, filioque ſuo Io-
ini uxorem accepiſſet, urbemque
nam religionis gratia viſitaſſet, re-
ſſetque annis ferme triginta tribus,
o Domini 1481 inter Paſcha & Pen-
ſten diem clauſit extremum; for-
dine, armis, & victoriis potens; mi-
cordia, gloria, & magnificentia di-
; fide vero & religione pius: ſepul-
que eſt *Roſchildiæ*, in ſacello quodam
fundato & extructo, atque ampliſ-
is poſſeſſionibus donato, quod ad
tralem plagam adhęret Baſilicę bea-
ucii Martyris, cujus religioſus cul-
& ornatus, ſacræ quoq; Divorum
reliquiæ

reliquiæ ex urbe Roma delatæ, q
ibidem viſuntur, teſtantur Chriſt
principis religioſam pietatem.

XCIX. IOHANNES.

Centeſimus primus rex IOHAN
primus ejus nominis. Hic uxore d
nomine *Chriſtina*, filia domini *Er*
Ducis Miſniæ, genuit duos filios, C
ſtiernum & *Franciſcum*, & filiam u
nomine Elizabetam, quæ nupſit do
no *Ioachimo* Marchioni Brandenb
genſi. Iſte *Iohannes* cœpit regnare
tim ab obitu patris ſui *Chriſtiani*, m
tiſque annis, nimirum triginta p
duobus, chriſtiane regnum Danor
moderatus eſt. Nam principio re
ſui, ſequutus conſilium prophanor
procerum, decreverat moleſtus
viris Eccleſiaſtici Ordinis: poſtea v
cum ſentiret prophanos inveter
odio (quo laici ſunt ſemper cler
offenſi) id ſuaſiſſe, ſententiam dec
ſui mutavit. Igitur ad finem uſque
tæ ſuæ erga clerum fuit optime a
ctus, deprehenſo procerum dolo. Qu
ſi non tanta pietate dilexiſſet univ
ſum clerum, veneratuſq; fuiſſet om
Chriſtianæ religionis ſacra, multa fu
ſent adverſus cleri libertatem à proc
ribus qu bуſdam tentata, quæ ſucce

ru

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

alis ſub principatu regis Chriſtier-
noſi tyranni, ac Friderici primi
defuncti. Erat autem rex Iohan-
æditus ſolertia, ut prudenter no-
n quorundam inſania frueretur:
cum mira comitate ſibi conci-
, ob mutua tamen ipſorum diſ-
ac quotidianas injurias, quibus ſe
em afflictabant, graviter in eos
advertebat: quibus tamen nulla
atur intolerabilis mulcta, quod
a leniret incredibili affabilitate.
d ſi temperaſſet à bello & ſangui-
n quæ tamen caſu magis, quam
oſito inciderat) abſtinuiſſetque
niqua ſententia, qua decernebat
ra hæredes domini *Pauli Lax-*
d Magiſtri equitum, fuiſſet ſane
ceps & optimus & fœliciſſimus.
o cum in rebus mortalium nihil
b omni parte beatum, & optima
que deſiderantur verius quam
entur, non minimam laudem me-
ur ii, qui vitam agentes in deliciis
pibus, hujuſque caduci ſeculi ſtre-
a ac pompa, multis adulatoribus,
mniatoribus, & paraſitis obnoxii,
diocritatem ſervare potuerũt. Huic
ncipi bellum meditanti adverſus
ninum *Stenonem Sturam*, regni
ciæ gubernatorem, reſtitit *Doro-*

thea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

thea mater, quamdiu vixit. Mo
vero matre pugnavit ac vicit, vi
men triennio poſſedit; rebellant
Danis *Stenone* & *Suantone* prodit
bus perfidiſſimis, maximo in hoc
num diem utriuſq; regni detrime
Triumphavit autem anno Do
1497. Anno vero 1501 defecerũt ab
obſeſſa ac tandẽ capta in arce *Holm*
regina *Chriſtina*. Porro cum Sueco
proceres in defectionem adverſus
quot reges, tum Daniæ, tum Sueci
multis excuſentur; deficientibus ta
omnibus à rege Iohanne: nec apud
datos Suecos excuſationem habe
quando ipſius regnum fide plenum
omni violentia, omnique tyrannid
berum fuerat. Quod ſi *Waldem*
Margaretæ, Erici, Chriſtophori, Chriſ
ni quoque ſecundi regna fuiſſent
incruenta, tamque procul à tyrann
& violentia, adhuc fortaſſe illibat
trium regnorum fœdus duraſſet.
tantum bello Ditmarſienſi fuit inf
tunatiſſimus, quod geſtũ eſt anno
mini 1500: ubi ſuperis non faventi
feruntur periiſſe multi viri nobiliſſi
ac clariſſimi. Dicebatur enim vulgo
circo illos infelici Marte pugnaſſe, qu
ante conſcriptam militiam, conſpi
ſent adverſus cleri & Eccleſiaſticor
lib

ertatem, quorum redditus & poſſeſ-
nes gloriabantur ſe mox occupatu-
s, victores bello Ditmarſienſi rever-
. Cæterum bello navali erat fortu-
tior, quo frequenter triumphavit,
præcipue adverſus *Lubecenſes*, per-
tuos Danici regni oſores. Mortuus
autem peſte, captus in civitate *Olbur-*
ſi, menſe Februario, anno Domini
3. Hic Princeps poſt fata multorum
hrimis eſt deſideratus, etiam illo-
n qui viventem averſabantur, quan-
jam videbant filii principatum mi-
i cruentam tyrannidem, horren-
mque & inauſpicatum exitum por-
dere. Hic Iohannes ſepultus eſt *Or-*
iæ; cujus Epitaphium ibidem extat
ſcriptum, cum Epitaphio uxoris
riſtinæ.

C. CHRISTIERNVS II.

Rex CHRISTIERNVS ſecun-
s, Iohannis filius. Hic ex floren-
ſimo regno poſt patrem accepto,
iquit tam calamitoſum, ut nun-
am fuerit ab orbe condito calami-
ſius. Erat enim famoſus tyrannus,
i omnibus tyrannis ſuperiorum ſe-
lorum major, crudelitate, impietate,
rjurio, ſacrilegiis, & perfidia adeo in-
mis, ut qui Neronem, Phalaridem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

& Syllam cum hoc contulerit, is
miunciam cum aſſe contulerit. Ca
rum cum ſævitia ac crudelitate ſ
quam exercuit in omnis generis hom
nes, tam Eccleſiaſticos quam Politic
defunctis etiam non parcens, proce
regnorũ offendiſſet, pulſus eſt ab ip
patruo, & Lubecenſibus in exilium, a
no Domini 1522, regni 9, in quo per
cennium vixit in Germania. Rever
cum exercitu in regnum, ſpe ejus rec
perandi, captus eſt, detentuſque in
ptivitate uſque ad mortem, quam *C*
lenburgi oppetiit anno Domini 1559
Ianuarii: cum vixiſſet annos 77 &
quot menſes: ſepultus *Ottoniæ* jux
patrem. Habuit vivente conjuge co
cubinam, filiam *Sibrechta*, quæ m
torum malorum & bellorum in S
ptentrionalibus regionibus anſam pr
buit. Vxor vero ejus fuit *Eliſabetha*
Iſabella filia *Philippi* regis Hiſpaniaru
& Archiducis Auſtriæ, quæ in ſævi
ma tempeſtate *Haffniam* appulit, an
Domini 1515, 9 Aug. mortua anno D
mini 1525, 19 Ianuarii. ſepulta Ganda
matrona ob pietatem in Deum ali
que virtutes laudatiſſima. Ex hac n
ſunt *Philippus*, *Maximilianus*, am
infantes mortui: *Iohannes* apud avu
culum *Carolum V. Imper.* in Vngaria

move

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

noventem obiit *Steinbruchi*, anno Domini 1532, eodem die quo pater captus eſt, cum pueriles annos egreſſus eſſet; Princeps ingenio præſtans: *Dorothea* nupta Friderico Palatino Electori; an. Dom. 1532: *Chriſtina*; hæc conjux fuit prima *Franciſci Sfortiæ* ducis Mediolanenſis, ſecunda *Franciſci* ducis Lotharing. ducta an. Dom. 1541.

CI. FRIDERICVS I.

FRIDERICVS I, pacificus & humanus Rex Daniæ & Norvvegiæ, Dux Sleſvicenſis, Holſatiæ, Stormariæ, VVagriæ, & Ditmarſchiæ, teſtamento patris conſtitutus: verum cum eſſet puer novem annorum, in conventu *Kiloniensi* frater rex abolito patris teſtamento cum ipſo diviſit has regiones, & reliquit ipſi *Gottorp, Tunderen, Hadersleven, Eile, Stenborch, Trittovv, Aldenborch, Plone, Kyle*; Canonicatumque ipſi Coloniæ impetravit: ſed cum ad ætatem perveniſſet maturiorem, conſiderans iniquam diviſionem à fratre factam, repetiit legatum paternum ab eodem per conſiliarios Regios, & partem regnorum jure hæreditario addi volebat: verum reſponſo minus jucundo, additis inſuper minis, Conſiliarii dimiſſi ſunt. Quievit itaq; quoad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

frater vixit, & eidem militavit contra
Ditmarſchos anno Chriſti 1500. A Chri-
ſtiano II patruele eadem quæ à fratre
petierat, requirens, nihil impetrat. Eun-
dem, conjungens ſe cum proceribus
Danicis, & cum illis fœdus contrahens
propter tyrannidem pellit, & curam
regnorum Daniæ, Norvvegiæque ſuſce-
pit, anno Domini 1523. Hafnienſes ſe
dediderunt illi ineunte anno 1524, die
trium Regum, quibus *Magnum Gy*
Fridericus præfecit. Ipſe urbem non-
dum ingreſſus eſt. Sed ad Comitia re-
gni generalia proceres regni Hafniam
ad diem Iohannis Baptiſtæ convocavit.
Qui excluſo, ob tyrannidem & perfi-
diam in Suecos & Danos nobiles per-
petratam, Chriſtierno, Fridericum Re-
gem, nobilitatis privilegia certis arti-
culis incluſa confirmantem, unanimi
conſenſu elegerũt, & die 7 Auguſti co-
ronarunt. Coronatus doctrinam Ec-
cleſiæ à D. Martino Luthero repurga-
tam publice in tẽplis proponi mandat
anno Chriſti 1524. Obiit Gottorpi
anno Chriſti 1533, 3 Aprilis, ſepultus
Sleſvvigæ in choro templi Cathedralis,
ornatuſque alabaſtrino monumento,
cum vixiſſet annos 56, & regnaſſet an-
nos 10. Vxores habuit duas. Primam
Annam, filiam Iohannis Electoris &
Marchio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

[M]archionis Brandenburgici, ductam [an]no Chriſti 1500, mortuam anno [C]hriſti 1514, 3 Maii, ſepultam in *Borſ[ho]lmenſi* monaſterio, ſub monumento [or]ichalcino. Ex qua ſuſtulit filium unũ [&] unam filiam; Chriſtianum III, Da[ni]æ Regem, & Dorotheam I, natam [an]no Chriſti 1504, Alberti I Boruſſiæ [D]ucis anno 1525 uxorem. Alteram [S]ophiam Bugiſlavi X ducis Stetinenſis [&] Pomerania, ductam Kilonii anno [C]hriſti, 1518, ubi etiam mortua eſt an[n]o Chriſti 1568, ætatis 70 & ultra, ſe[p]ultaque Sleſvvigæ; ex qua genuit tres [fi]lios, totidemque filias: *Iohannem* ſe[n]iorem hæredem Norvvegiæ, Ducem [S]leſvvici, Holſatiæ, Stormariæ & Dit[m]arſchiæ, nutritium Eccleſiæ & ſcho[la]rum, mortuum ἄγαμον Haderſlevii [a]nno Chriſti 1580, 2 Oct., ætatis 59, ſe[p]ultum Sleſvvigæ in crypta regia. *Adol[p]hum* hæredem Norvvegiæ, Ducem [S]leſvvicenſem, &c. natum anno Chri[ſt]i 1526, vigeſimo ſexto Ianuarii, & [F]*ridericum*, natum anno Chriſti 1529, [E]piſcopum Hildeſienſem & Sleſvvicen[ſ]em, Coadjutorem Bremenſem, mor[t]uum Kilonii anno Chriſti 1556, 27 Octobris, ætatis 25, ſepultum Sleſvvigæ [i]n monumento avito. *Eliſabetham*, na[t]am anno Chriſti 1524. nuptam 1 anno

Chriſti 1543 *Magno* duci Megapolen-
ſi: & II Vlrico duci Megapolenſi. e
hac nata eſt filia unica *Sophia*, uxo
Friderici ſecundi, regis Daniæ. *Annam*
peſte mortuam *Flensburgi*, ſepultam
Sleſvvigæ. *Dorotheam* II, nuptam an-
no Chriſti 1573 Chriſtophoro duci Me-
gapolenſi, mortuam anno Chriſti 157
2 Nov., ſepultam à ſorore *Eliſabeth*
Guſtrovii in monumento Regum O-
botritorum.

CII. CHRISTIANVS III.

CHRISTIANVS III, Rex Daniæ &
Norvvegiæ, Gottorum & VVandalo-
rum, Dux Sleſvici, Holſatiæ, Storma-
riæ & Dithmarſchiæ, Comes Olden-
burgenſis & Delmenhorſtenſis, natu
anno Chriſti 1503, 13 Auguſti. Patr
Friderico Daniæ regnum tenente, pa-
trium ducatum adminiſtrabat. Pri-
mam Eccleſiarum inſpectionem ſuſce-
pit anno Chriſti 1527; commendata re-
rum Eccleſiaſticarum & viſitationi
cura præcipue *Eberhardo VVidenſi*
Theologiæ Doctori, quem Magdebur-
ga princeps evocarat; & *Hermann*
Taſtio, paſtori Flensburgenſi. quibu
ex nobilitate, *Iohannes Ranzovius* aul
Magiſter, *Iohannes Reventlovv*, & al
adjungebantur. Electus in Regem
Dani:

niæ à proceribus anno Chriſti 1535,
ronatus à *Iohanne Bugenhagio Po-
rano*, anno Chriſti 1537. Patruelem
riſtianum II captivum detinuit
nderburgi in inſula *Alſen*, & poſtea
arcem *Kallenborch* tranſtulit. Obiit
no Chriſti 1559, Kalend. Ianuar., hora
veſpertina, cum vixiſſet annos 56,
gnaſſet 24: princeps pietate, juſtitia,
quitate, moderatione, prudentia, ſa-
entia & reliquis heroicis virtutibus
iis regibus prælucens. Depoſitus pri-
um *Odenſche* in *Fynia*, ſed à filio
oſchildam translatus, & monumen-
alabaſtrino ac marmoreo, cui re-
o Septemtrionalis ſimile non habet,
onoratus. Vxor *Dorothea*, filia *Ma-
ni* Ducis inferioris Saxoniæ, Angriæ
VVeſtphaliæ, nata anno Chriſti 1511,
Iulii, coronata Haffniæ cum marito
nno Chriſti 1537, obiit anno Chriſti
71, 7 Octobris, veſperi hora 5; ſepul-
Sonderburgi; ſed poſtea Roſchildam
anſlata, & juxta maritum humata
t. Ex qua procreavit *Fridericum II*,
egem Daniæ, &c. *Annam*, conjugem
rimam *Auguſti* Electoris Saxonici &
Marchionis Miſniæ, &c. ductam anno
Chriſti 1548, 14 Octobris, & mortuam
nno Chriſti 1585, 1 Octobris. *Magnum*,
Ducem Holſatiæ, Stormariæ & Dit-

marſchiæ, &c. natum anno Chri
1540, 14 Auguſti, Haffniæ, qui factu
eſt Epiſcopus *Orpatenſis* in Livonia, dy
naſta in *öſel* & *Wick*, duxitque in uxo
rem *Mariam* Magni Ducis Muſcovi
ex patruele neptem, & mortuus e
anno Chriſti 1580. *Dorotheam*, uxore
Wilhelmi junioris ducis Brunſvicenſi
& Luneburgenſis, ductam anno Chr
ſti 1561, 12 Octobris. Et *Iohannem* ju
niorem Ducem Holſatiæ, Stormari
& Ditmarſchiæ, &c. natum Colding
anno Chriſti 1545, 25 Martii. ducen
tem in uxorem 1, *Eliſabeth* filiam *Er*
neſti Ducis Brunſvvicenſis & Lunebur
genſis in *Embeck* & *Grubenhagen*, an
no Chriſti 1567, Coldingæ in Iutlan
dia. 11 *Agnem Hedvvigis*, filiam *Ioach*
mi Erneſti principis Anhaltini, viduam
Auguſti Ducis Saxoniæ, Electoris, &c
anno Chriſti 1586.

CIII. FRIDERICVS II.

FRIDERICVS II, Rex Daniæ, Nor
vvegiæ, Gotthorum, VVandalorumq;
Dux Sleſvvicenſis, Holſatiæ, Storma
riæ & Ditmarſchiæ, Comes Oldenbor
genſis & Delmenhorſtenſis, natus e
anno Chriſti 1534, 1 Iulii, in Haderſle
ben, electus & coronatus anno Chriſ
1559, 20 Auguſti, quo anno Ditmar
ſchio

hios auxilio patruelium *Iohannis* & *Adolphi*,&c. vicit & ſubjugavit. Cum rico XIV rege Sueciæ ſeptennale bellum geſſit, ab anno Chriſti 1564 uſque annum Chriſti 1570.quo interventu rincipum pax facta eſt inter hunc & rici XIV germanum fratrem Ioannem.

His tot ac tantis rebus domi foriſq; eſtis, Fridericus Rex quum totum ſe acis ſtudiis dediſſet, anno 1587, 3 ctobris, in prædio *Neugardt* tentari rimum morbo cæpit; qui etſi jugum ſtatim non petierit, lenta tamen gritudine corporis vires ita proſtrait, ut finem vitæ Rex inſtare præſenens, totum ſe ad animi emigrationem compararit. Tandem igitur omnibus quæ ad morituros pertinent e ſancteque compoſitis, Sacramento æna Dominicæ proviſus, in vera ac ia divini nominis invocatione, firmaue in Chriſtum fide, placide conſtanerque, 4 April. circa veſperam inter uartam & quintam horam, in Regia rce *Anderſcovv* ſita in *Sielandia*, nnum agens enneaticum LIV, quum gnum annos viginti novem tenuiſt, magno omnium bonorum mæore decedit, obdormit, ac ex turbunto hoc ad cæleſte regnum emigrat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Nam præter heroicam animi magni-
tudinem, qua tam graviſſima bella
geſſit, felicitatem, auctoritatem, tanta
pietate Deum colebat, tanto amore li-
teras complectebatur, tanta ſinceritate
te erga confæderatos, tanta virtute &
juſtitia erga cunctos antecellebat, tan-
ta conſtantia Chriſtianam Remp. aſſe-
rebat, tanta in bello magnanimitas, in
pace fides culta erat, ut ejus morte Ec-
cleſia & literarum ſtudia, & Reſpub.
magnum vulnus accepiſſe videri poſ-
ſent, ſi non eum filium poſt ſe reliquiſ-
ſet, qui paternæ virtutis æmulus, ſpem
ejus ſanandi certiſſimam ſuſtineret.
Ipſo die Paſchatis Regium funus præ-
ſtantiſſimo balſamo conditum, in ſar-
cophagum poſitum, *Anderſchovvio*
Roſchildiam lugubri pompa deductum
ibidemque regio monumento v Iunii
illatum eſt, comitantibus Illuſtriſſimo
illuſtriſſimique generis Principe ac Do-
mino, D. *Chriſtiano* ejus nominis quar-
to, Daniæ Norvegiæque &c. electo Re-
ge, cum avo ſuo materno Illuſtriſſimo
principe ac Domino, D. *Vldarico*, Duce
Megapolenſi, Principe VVandalico,
Comite Suerinenſi, Regionum Roſtoch.
& Stargardt Domino, &c. aliiſque
principibus ac Legatis: in quo ſacello &
Chriſtianus I proavus, & *Chriſtianus* II
pate-

er Friderici Regis, una cum conju-
us, *Chriſtina* videlicet & *Dorothea*
æ ambæ ex familia Saxonica natæ
t, illa *Erneſti* Electoris Saxoniæ,
Magni filia ducis inferioris Saxo-
& VVeſtphaliæ) reſurrectionem ad
m æternam expectant. *Sophia* uxor
derici ſecundi, Regis Daniæ, cujus
tiæ Haffniæ celebratæ ſunt anno
iſti 1572, 20 Iulii, ſequenti die in
nam Daniæ, coronata eſt. ex qua
genuit *Eliſabeth*, anno Chriſti 1573,
Auguſti, Coldingæ; *Annam*, Sun-
burgi, anno Chriſti 1574, 12 Octo-
; *Chriſtianum*, Friderichsburgi, an-
Chriſti 1577, 12 Aprilis; *Vlricum*,
o Chriſti 1578, 30 Decemb.; *Augu-*
s, anno Chriſti 1580, 8 Aprilis; *He-*
vigem, anno Chriſti 1581, 5 Auguſti;
nnem, Haderſlevii anno Chriſti
; 26 Iulii.

IV. CHRISTIANVS IV.

CHRISTIANVS IV, Rex Daniæ, Nor-
giæ, Gottorum, VVandalorumque,
Sleſvvicenſis, Holſatiæ, Storma-
& Ditmarſchiæ, Comes Oldenbur-
ſis & Delmenhorſtenſis, natus Fri-
chsburgi, anno Chriſti 1577, 12 A-
is, regnatque adhuc ſumma cum
de utiliter & prudenter hoc anno à
partu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

partu virginis currente cIↄ Iↄc.xx
Faxit æternus pater Salvatoris &
beratoris Domini noſtri Ieſu Chri
ut tum ad Eccleſiæ & Reipub. Chriſt
næ Salutem, tum ad familiæ ſuæ ſple
dorem, & decus immortale prop
gandum, quam diutiſſime vivat,
gnet & ſalutaria conſilia conferat.

V.

DANIAE DESCRIPTIO, INS

larum, ac partium præcipuarum
plagæ Arcticæ Theatrum
repræſentans.

Auctore

IONA KOLDINGENSI.

DANIAM fauſtis avibus d
neaturus, principio, ge
hujus originem, & appe
tionis rationem (de quil
multum auctores variare video) bre
bus enucleare conabor.

Illa vero diſquiſitio, paulo altius m
hi repetenda videtur; videlicet à te
pore ceſſati diluvii. Hinc enim nece
rio initium ſumendum eſt.

Cum enim ex aquis emerſiſſet te
ſup

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

rficies, & ab alluvionis diuturnita-
ſſet liberata: ilico orbis terrarum,
us Noæ filiis diſtributus eſt; qui
Sem, Cham, & Iaphet.
emo, ejuſque poſteritati ceſſit *Aſia*.
mus Aphricam ſortitus eſt. *Iapheto*
m minimo natu, virtutibus heroi-
pietate, animique præſtantia præ-
, *Europæum* imperium contigit.
pheto natus eſt è Fliva uxore (ut
am volunt) filius Magog. Qui an-
diſcretionis egreſſus, aliquanto
diluvium tempore, circa Danu
n ſuis cohabitans, vel ut alii ma-
, Mæotidis paludes accolens (ubi
cipium Europæ ſtatuitur) gentem
reavit Gotthicam, appellatione ab
na ſyllaba ſui nominis petita inſi-
am, authore Papia, cum Hiero-
o.
uanquam alii Gotthos à Gomer,
ogenito Iapheti filio, originem
iſſe exiſtiment. Quorum ſenten-
um Euſebius, atque alii plerique,
de origine gentium ſcripſerunt,
ntius acquieſcant, ego etiam fa-
ſſilio.
erte Carion, ejuſque illuſtratores,
ſtabiliunt, Gomerque authorem,
torem gentis Cimbricæ compro-
: atque Europæ, ac Aſiæ Septen-
trionis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

trionis partem non exiguam comp
viſſe teſtantur.

Similiter libro 2, ex Strabone,
Herodoto, allegant Cimbros (ap
quos Gotthicum nomen, in hodi
num uſque diem hæſit) Cimmer
dictos fuiſſe: quos ſupra Thraciam
des habuiſſe, nomen Boſphori Ci
merii coarguit. Vnde per vicinam R
ſiam, Lituaniam, Livoniam, & Bor
ſiam, non uſque adeo longum eſſe t
ctum, ad hanc noſtram Cimbric
Cherſoneſum, experimento comp
tum eſt.

De hujus vero appellationis or
ne, gentiſque ejuſdem migratione,
tim hæc verba ſubnectuntur; Conſ
taneum eſt (inquit ſummus hiſtor
rum cognitor Melanthon) nomen
à Gomer filio Iaphet: atque ex Orie
progreſſos Cimmerios, ad hoc
ſtrum littus, ſicut & aliæ gentes p
greſſæ ſunt, Getæ, Dai, Suevi. Et a
in præfatione, quam libello clariſſ
viri Doctoris Palladii de hæreſi
præfixit, hunc in modum loquit
Dai, & Cimmerii, inde uſque ex A
progreſſi, ad Cimbricam Cherſoneſ
late regnarunt, non ſolum in litt
Arctoo, ſed etiam in aliis Europæ pa
bus. Gentem proinde, quam inte
ſeor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

rſim velit, idem dilucidius expri-
it: *Cimbrorum* (ait) *nomen retinet*
mbrica Cherſoneſus; itaque obſcurum
n eſt, qui genus fuerint Cimbri.
s verbis quid luculentius? quidve
ertius dici poteſt? Utrumque in nos
adrat: Terram ſiquidem incolimus;
men etiam retinemus.

Remanſit etiamnunc inſulæ, impe-
ſubjectæ, nomen *Fimbria*, quam
tius (ut reor) tranſpoſitione unius
ræ pro alia, Cimbriam dixerimus.
Eſt proinde in Scania noſtra, civita-
a maritima, eaque vetuſtiſſima, quæ
mbrishaven appellatur, idem ſonans,
ſi Cimbrorum portum dicas.

Nomen Cimbricum plures gentes
riæ avidæ, ſibi uſurpare haud veren-
, quibus tamen parum competit.
m ſi Germanis Cherſoneſo noſtræ
nbricę vicinioribus attribui juri ne-
t: quanto minus aliis procul diſſi-
gentibus aſſignabitur? id quod vel
iceronis pro lege Manilia oratione,
nifeſtum eſt: in qua C. Marii forti-
inem celebrat, & Cimbros diver-
populos à Theutonis eſſe probat;
n, inquit, *cum Iugurtha, idem cum*
bris, idemque cum Theutonis bellum
it. Appianus Alexandrinus idem de
is Gallicis corroborat; ubi proge-
nie

niem Cimbrorum, & Theutonum
verſam eſſe aſſerit.

In hoc etiam Tacitus nobis aſtipu-
tur, quandoquidem Cimbros Ocea-
proximos collocat. Sed fontem hu-
erroris facile eſt è conſuetudine qu-
dam bellica & militari videre. Etenim
quemadmodum Itali, Galli, Germa-
aliique gregarii milites, cujuſcunq-
nationis, ac loci, qui (exempli grat-
ſub Hiſpaniarum rege ſtipendia pe-
gunt, licet ab Hiſpanorum ſangui-
& genere alieniſſimi ſint; omnes ta-
communi vocabulo Hiſpani nomin-
tur: Eadem ratione, Normanni, Su-
Saxones, aliæque Germaniæ, Ang-
Franciæque gentes, quotquot uſpi-
ſuſceptis expeditionibus Regi Cimb-
rum jurarunt, ejuſque auſpiciis du-
Cimbri generatim dicebantur.

Annales gentium tradunt, Gotth-
tempore Saruch proavi Abrahæ,
rum in modum creviſſe: ac uſque ad
multiplicatos, ut tellus, licet fertil-
neque multitudini ſatis eſſet, neque
ctualia ſubminiſtrare ſufficeret.
tum enim eſt, patres, ob majorem
cultum, & ferventiorem religionis
ram, & fæcundiores, & longævi-
noſtræ ætatulæ hominibus fuiſſe:
nunc genus humanum inſtar ceræ

ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

alore liqueſcentis diffluat: neque in
no, eodemque ſtatu, diu perſiſtat.

Annoſa itaque, & numeroſa Got-
horum multitudo, domeſticis pena-
ibus effuſa, antiquas mutare ſedes,
liamque latiorem terram arripere
naturavit.

Vna pars ejus ad Sueciæ, & Nor-
egiæ plagas tum incultas deveniſſe
ertur.

Alteram longis erroribus actam Da-
icas has regiones vacuas, & non-
um à diluvio inhabitatas, obtinuiſſe
arrant.

Hic trium Regnorum populus con-
ribulis, habitu, militia, armiſque ſibi
millimus, etiamnunc Gotthicus dici-
ur: atque una lingua, minima in dia-
ectis, & pronunciatione intervenien-
e diſcrepantia, utitur, ut ſub uno cæli
rnice florem enatum, germenque
num, uno quaſi è ceſpite exortum
gnoſcas.

Poſt commemoratam modo migra-
ionem, gens ipſa ſub aſperiore cælo
dita, atque ad Septentrionis horri-
um mare, præ aliis in temperata aëris
egione degentibus inconcuſſo virium
obore animata, bellandi adſuetudine,
 pervicacia, in finitima loca longius
rogreſſa, latiuſque indies ramos ſuos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

diffundens, remotiſſimos tandem ac-
quiſivit terminos. Nam teſte Bartho-
lomæo Anglo, hæc gens, dura, & atro
bello, Britannicis, Noricis, multiſqu
aliarum regionum inſulis dominaba-
tur. Sed poſtquam elementis mun
ſervire, & multa gentium ſimulachr
colere deſiiſſet, & contra, muſas cu
literis admittere, & Evangelium ama-
re ſtatuiſſet: conſentaneum eſt, quo
gens eo uſque indomita, effrænata
animi ferociam, tandem exuerit;
emollita civilem cultum, humanit-
temque amplexa ſit.

Hoc modo per Gotthos, in hiſce o-
ris multiplicatæ ſunt gentes: & reg
Septemtrionis, latiſſimis propaga-
ſunt finibus.

Vnde liquidum eſt, Danos, Suec
& Normannos, ortu, & genere Go-
thos eſſe: ac pro una, eademque G
mericæ radicis ſtirpe, ſine omni am-
guitate reputandos.

De Danis inde ſuum ducentibus o-
rum, tales in antiquiſſimo manuſc-
pto codice ſunt verſiculi reperti;

Gotthi ſunt Dani; Dani *Gotthique*
cati; nia *ſæv*
Hos armis genuit, quia Scythica L
Traditio veterum ſimul & Scy
vocat illos.

Nom

Nomine ſic terno, gens Danica *magnificatur.*

ides, benevole lector, Gotthicum primum & principaliſſimum nomen, nti huic Boreali, primis temporibus npoſitum eſſe. Quod ſane ceu origis antiquiſſimæ certum indicium aare, exoſculariquc merito debemus: æſertim cum ex eo proſapia vetuſtæ ſtræ gentis eluceſcat, quæ nemini lgaris reputanda ſit, cum à tanto roe, exordium ſuum traxerit.

Omnes proinde res melioris notæ, hac gente, variis expeditionibus æclare, ac fortiter geſtæ, (quarum oh dolor maxima pars ejus ætatis rbarie, profundoque ſcriptorum ſintio, veluti Lethæo flumine demerſa teriit) ſub hoc nomine ad poſteros anſmiſſæ ſunt.

Antiqua etiam ſecula(ſi modo vetem monumentis habenda ſit fides) c nomen, gentemque vehementer rtimeſcebant. Cui ſententiæ Oroſius ri undecimi capite xv conſonat: ubi firmat, Pyrrhum audito hoc nomi exhorruiſſe: Cęſaris animum ad ejus mam trepidaſſe: magnumque Alendrum conterritum, Gotthos ut inctæ fortitudinis heroes, evitandos hortatum fuiſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Tantum quippe terrorem, magn
orbis terrarum monarchis,& gentiu
plurimarum debellatoribus, virtu
bellica incuſſere, ut graviter Appianu
dixerit, eorum nomen totam Italia
invaſiſſe: Cujus incolæ, diu ad horr
dæ gentis famam, adventumque, ti
moris amentia fracti, ne hiſcere qu
dem auſi, fruſtra arma ſumpſerint, in
feliciterque ut plurimum pugnarint.

Cæterum quia varia cognomina re
gibus attribuuntur, ut partim eos offi
cii ſui admoneant; partim variaru
palmarum acquiſitarum, & potentia
qua pollent, publica ſint teſtimonia
Gotthicum inter alia apud Danos, u
peculiare, in hodiernum uſque die
hæſit.

Quod quidem nomen ne gens ha
vana gloriatione ſibi arrogare videa
tur: neve regius titulus eo parum juſ
honoretur, veluti cum inſcribitur:

NOS CHRISTIANVS IV, DEI
GRATIA DANIAE, NOR
VEGIAE, VANDALORVM
SCLAVORVM, GOTTHO
RVMQVE REX:

Locus exigit, ut de Gotthico nomin
regibus, & populo Daniæ inſcripto
pauca quædam interponam.

Gotthi intra hanc planiciem amp

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Sueciæ, Norvegiæque montana
oſiti (uti ſuperius monſtratum eſt)
advenis mox indigenæ facti, lenta-
ie adauctionis radice multiplicati, ut
ius ſolum, & cælum vertebant, poſt-
odum nomen commutarunt.

Enimvero, cum & domi confuſa
ebis democratia, regulorumque de
mma rerum inter ſe concertantium
ισαρχία indigenis moleſtiſſima quę-
ie acciderent, & domeſticis moti-
is externæ clades accederent: cumque
actionibus inuſitatis, & exterorum
oſtili incurſione, ac impreſſione in-
olæ divexarentur: ſapientiores, rei-
ublicæ ſubvenire cupientes, formido
it decuit) omni ex parte occupavit:
ſic antiquum imperii decus turpi-
r diſſolveretur, neve ægrotans reſpu-
lica, civilibus bellis ad mutuum
iteritum properans, libertatem amit-
ret.

Iccirco pacis intereſſe perpenderunt,
perniciosiſſimam hanc inteſtinarum
ctionum matrem, cum viperinæ ſuæ
onceptionis fœtu peſtilenti, bello ni-
irum civili, retunderent, & ſuper ſe
iput regiminis, ducemque commu-
em, penes quem omne majeſtatis
ecus, conſiliorum moderatio, tota
enique reipublicæ ſalus, omniumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

gerum gerendarum ſumma eſſet, ſt[illegible]
tuerent.

Ad regiam igitur authoritatem[illegible] tamquam extremam malorum med[illegible] cinam, & remedium, confugere ſi[illegible] verunt: ſperantes, hac varia magiſtr[illegible] tuum forma mutata, ac interno i[illegible] perii robore in unũ corpus coaleſce[illegible] te, & rempublicam firmiorem, & a[illegible] miniſtrationem feliciorem fore: ſi l[illegible] gibus longe aliis, longeque aliis ritib[illegible] introductis, adminiſtraretur.

Hujus vero Monarchiæ inſtitue[illegible] dæ, occcaſionem non minimam pr[illegible] buerunt Sclavi, prædandi ſtudio i[illegible] hiantes. Qui manu ſervili contrac[illegible] continentis noſtræ Gotthię agros, m[illegible] litari populatione, ferro ignique pe[illegible] vaſtarunt: Et regni municipia crebe[illegible] rimis incurſionibus inquietarunt. Qu[illegible] bus ut promptius, & commodius via[illegible] obſtruerent, ac reipublicæ ultimæ n[illegible] ceſſitati conſuleretur, regem crea[illegible] dum eſſe, omnes, omnium officioru[illegible] civilium Ordines, uno ore conſen[illegible] tiunt. *Regnum enim inter deos, & h[illegible] mines res pulcherrima.* En ex omnibu[illegible] Dan, filius Humbli, Selandiæ, Falſtri[illegible] Lalandiæ, & Monæ, Dynaſta poten[illegible] ea tempeſtate Athleta, ac pugilum ma[illegible] ximus, haſtiludiis, variiſque belloru[illegible]

exercitii[illegible]

xercitiis, tam generoſi animi dotibus
xcellens, quam corporis viribus he-
os prævalidus, commodum occur-
ebat.
Ad eum igitur ob rerum geſtarum
mplitudinem, maxime vero ob ſpe-
oſiſſimam operam adverſus Sclavos,
m pridem contuſos, vectigaleſque fa-
os, Danis probe navatam, regnum
tro deferebant. Qui primus ab illis
nanimi procerum ſuffragio, ingenti-
ue applaudentis populi favore, regis
tulo, ſuæ virtutis præmio, cohone-
atus eſt: Anno mundi 2910. His ini-
is, Dan felici fortunæ aura, ad pote-
atem regiam evectus, de ſuo ipſius
omine, regno nomen in perpetua hæ-
rum memoria dedit. Nam decreto
er totum regnum proclamato, ut im-
erium ſua virtute conſtabilitum, &
formam ſolido fundamento reda-
um, poſteris cum nomine relinque-
t, Danos, non Gotthos, Daniamque,
on Gotthiam, per omnem inſequen-
m ætatem, in ſui nominis ſempiter-
um memoriam dici præcepit.
Atque ita, nulla gentis, naturæ, in-
enii, linguæ, priſcæve virtutis mon-
ruoſa transfiguratione, ſubitave me-
morphoſi facta, neque veteri animo-
tate exuta: ſed ſolo excellentiſſimi
 ducis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ducis, jam omnium ſuffragiis regi creati, nomine popularibus inſcripto ex Gotthis Dani eveſtigio prodivimus.

Quemadmodum Angul, Grittæ primæ reginæ Danorum germanus, dicitur ſub idem fere tempus, nomen Britanniæ inſulæ vetuſtate celeberrimæ Daniſque jure belli ſubjectæ, antiquaſſe: & de ſuo nomine Angliam appellaſſe.

Hoc ut inſuetum ne quis miretur adhibenda, & replicanda ſunt antiquitatis, cum ſacra, tum prophana exempla: quibus eam conſuetudinem ſolemnem fuiſſe, multiſque ſeculis inoleviſſe convincitur.

Nam ut de multis unum, aut alterum depromam, neminem latere puto, quod Chanaan ſit principio à Chanaane appellata: poſtmodum à Iuda rege Iudæa ſit dicta.

Neque aliter Latium regnum florentiſſimum, olim Brutia, Oenotria, & Saturnia tellus vocata, Itali regis ſui denominationem induit, qua in hodiernum uſque diem Italia nuncupatur. hoc poëta intendit:

Sæpius & nomen poſuit Saturnia tellus.

Variant autem etymologici ſuper hiſce

bellationibus, noſtræ terræ atque
ati attributis: & ſe ſine fine mace-
at. Etenim rationem quandam ea-
m coactam, parumque cum verita-
etymologiæ congruentem, adfin-
nt: dumque rivulos longius con-
tantur, fontes proximiores deſe-
nt.

Danomarchiam alii ab accolis *Da-*
bii dici volunt: quos inde huc pro-
xiſſe, fidem faciunt.

Alii aliter ſentiunt, *Daniam* à *Danis*
æcis primitus occupatam, eoſque
rræ nomen dediſſe: Inter quos eſt Be-
, & Bartholomæus de proprietati-
is rerum, uterque Anglus.

Non abſunt, ut omnino aliquid di-
nt, qui Daniam quaſi prolificam pa-
ntem, plurimorum bonorum datri-
m appellari autumant: quod enco-
ium, & terræ fæcundæ, & incola-
m ſplendori tribuendum eſſe cen-
nt: qui hoſpitalitatis officiis in pere-
inos propenſi, liberalitatis gloriam
omerentur.

Nonnullis ſubtilior notatio voca-
uli *Marchiæ* arridet, qui marchiam
mari, & archia conflatam eſſe pu-
nt, quaſi maris ἀρχία. quæ ſane ety-
ologia, idem ſonans, quaſi maris
rincipatum dicas, cum re non pu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

gnat. Sunt enim omnes hujus re principatus, & archiæ, ad mare ſit inſulis, vel peninſulis in ambitu co tentæ.

Magnum etiam maris imperium penes Neptunum Danicum, ſemper conſtituto hoc regno fuit, quod r geſtæ oſtendunt.

Et ut regio hæc maritima eſt: ita c vitates in ea frequentiores, pleræqu maritimæ & portuoſæ ſunt.

Danomarchiæ interim etymon, a noſtræ linguæ proprietatem accom modatũ,tolerabile eſt,& non male qu drat: compoſitum enim revera vid tur à Dan, & March, idem patrio ſe mone ſignificans,quaſiDan regis ager vel campus: vel Dan campo potitu eſt, ſive palmam obtinuit. Nos ſic red dimus Dans, *eller Kong* Dans *March Land, Rige*: Item Dan *beholt marc ken*.

Sed operę diſpendium facere me pu to, ſi plura, de re luce clariore retule ro: ni φῶς τῷ ἡλίῳ δανείζειν de m dici velim.

Interim poſteriori hac notation fruamur, niſi quis magis veritati con ſonam attulerit.

Non deſunt autores, qui Anglos, ab Anglis Saxonibus dici inferciunt. Quod

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

um nobis perſuadere conantur, cal-
os gigantæos, pigmæorum agmini,
cothurnos dormientis Herculis in-
nti adaptant.

Nam innovare, vel mutare vetuſta
omina gentium, & inducere nova,
on ea penes privatos; ſed principes,
era ſemper poteſtas fuit: qui loca,
ę quovis modo occupavere, in ſuum
omen aſciſcere ſolent: ut ea ratio-
, ingenuitatis homines immortali-
te donentur, & apud poſteros, ſui
emoriam perennent.

Angli Saxones, in quodam tractu
ninſulari Sunderiuthiæ, vel auſtra-
noſtræ Gotthiæ habitantes, videlicet
ucatus Sleſvicenſis incolæ, (à quibus
ſtoria manuſcripta Hamburgenſis,
nglos dici aſſeverat) Danicum impe-
um ſemper amplexi ſunt, quemad-
odum idem etiamnunc agnoſcunt,
venerantur.

Fallitur igitur, & toto cœlo errat,
ii eos invito rege ſuo, laborioſiſſi-
am, & remotiſſimam expeditionem,
opriis viribus auſos, credit unquam
Britannos moviſſe.

Multo minus fidem meretur, navi-
ula una vel altera inſulam ſubjuga-
m eſſe, ut tradit Abbas Stadenſis.

Cum enim ad tam ingentem exer-
citum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

citum trajiciendum, cujuſmodi ſecu
tranſportaturi erant, qui ſibi victo
riam pollicerentur, navibus quam pl
rimis opus fuiſſet, quæſo ubi horu
Angliſaxonum inclyti portus? ubi n
valis gloria? aut quando ipſis marit
ma reportata trophæa? Rebus cer
navalibus, & navigandi ſcientia Angl
ſaxones, cum Anglis rei navalis per
tiſſimis, ne quidem conferri potueru
unquam.

Quare veriſimilius eſt, auſpiciis N
ptuni Danici, Normannorumque du
ctu, validam, & procinctam claſſem
toties inſtructam, quoties per tot, tam
que longinqua maria, formidabilis ex
peditio ſuſcipienda fuit.

Alii dicunt, Anglos eſſe genere Saxo
nes, ad quos inſulæ imperium veni
Eorum ſententiam ut veram recip
mus: ita tamen, ut prius Dano ſuu
honos tribuatur. Quod videlicet is An
gliſaxonum, & quondam totius Saxo
niæ dominus, à numeroſa claſſe fi
mus, primum hanc glaciem fregeri
Deinde pro ſuo arbitrio, terram jam
armis obtentam, & perdomitam
Angul beneficiario & vaſallo ſuo li
beraliſſime poſſidendam tradiderit:
quo Anglia juxta Saxonis ſenſum dict
ſit. Et licet explodant hoc alii, quibu
alite

ter perſuaſum eſt: tamen lingua An-
cana noſtras rationes confirmare
letur: quæ ex commixtione Danici
monis confuſa, & depravata eſt. In
ſiquidem noſtrates, non ſolummo-
vocabula frequentiora, ſed & inte-
as phraſes, haud multum diverſas,
noſcunt: quanquam ſono, & pro-
inciatione nonnihil diſcrepent.

Neque tamen inficias eo, majores
nglisaxonum, uti ſubditos decuit, re-
Danorum adverſus Britannos mili-
ſſe, & una ſub ejus ſignis ſtipendia
regiſſe. Nam venerabilis Beda teſta-
r, eos, una cum Saxonibus, & Vitis,
eſt, Iuthis, ſive Gotthis, vel Danis,
mpore Theodoſii Imperatoris egreſ-
s, Britanniam occupaſſe. Quos con-
ntaneum eſt, ob fidem præſtitam,
peramque in ſubjugandis hoſtibus
renue navatam, in agrorum diviſio-
e non mediocrem portionem acce-
iſſe, eodemque coloniis deductis, Bri-
nnicis connubiis ſe addixiſſe. Cui
arrationi ſuo quiſque ingenio demat,
el addat fidem.

Sed ne ab inſtituto longius rece-
am, ad vetuſtiſſimorum incolarum
Daniæ appellationes paulo amplius
iſcutiendas, antequam ipſam terræ
gurationem aggrediar, nunc redeo.

Sicut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Sicut enim populum Dei, modo Iu-
dæorum, modo Hebræorum, modo
Iſraëlitarum nomine dictum eſſe con-
ſtat: ita hanc gentem, Gotthicam,
Cimbricam, Scythicam, Danicamque
appellatam, memoriæ proditum eſt.
Vnde autem cum Gotthica, tum Da-
nica ſit dicta, ſuperius oſtenſum eſt.
Scythicum vero nomen, à Scythia in-
feriori, ſive Europæa, juxta antiquo-
rum terræ partitionem, ſortita eſt.

Scythæ à ſcientia jaculandi ſic di-
cti, in Scythia inferiori ſedes occupa-
runt: quo reſpexiſſe Ovidius videtur:

— Scythiam, ſeptemque triones
Horrifer invaſit Boreas.

Hæc Scythia ſeptentrionalis, multa, &
varia regna in Europa complectitur:
quorum maxima, & præſtantiſſima
ſunt Dania, Suecia, & Norvegia; quæ
cum reliquis longiſſime, latiſſimeque
patentibus terris, à Daniæ præpoten-
tioris primatu, Danicæ provinciæ, an-
tiquis hiſtoricis bullatiſque Romani
præſulis diplomatibus celebrantur.

Nullo modo præterea me fugit
populum Iſraëlitiden, juxta variam
tribuum diſcretionem, aliis etiam ſpe-
cialioribus nominum inſcriptionibus
inſignitum fuiſſe: Sic etiam Gotthi,
Vandali, Hunni, Longobardi, Nor-
manni

nni, & Amazones mulieres Cim-
æ, aliique evocatorum ordines,
totam Europam, Aſiamque ultra
nicum territorium diſperſi, utut
iatim dicantur, omnes communi
abulo Dani ſunt: Ex quorum ſan-
ne & ſatu, dicti populi in lucem pro-
runt.

Nam tempore famis validæ, ne ine-
, mortis genere omnium miſerri-
, majores noſtri promiſcue conſu-
rentur: de ſenibus, & parvulis è
dio tollendis, lex iniquior, & rigi-
r lata eſt: nam, quorum vita neque
publicæ utilis, neque agris colendis
bilis, neque ſibi ipſis ſumma rerum
pia laborantibus læta, ſed admo-
m triſtis videretur, iiſdem ferro hæc
commoda præſecare cogitarunt.

A ſapientioribus è diverſo ſuccla-
atum eſt, de expeditionibus, in exte-
s gentes provehendis: ut mortali-
s domi rareſcentibus, victus neceſſa-
largius ſuppeterent. Vicit ea pars.

In Italiam igitur ex Scandinavia, id
t, Dania, inter alias, memorabilem
peditionem fecerunt, anno Chri-
i quadringenteſimo decimoquarto:
em quingenteſimo ſexageſimo octa-
o, & ſexcenteſimo octogeſimo ſexto.
bi ſunt Longobardi noſtri, Lombar-
diam

diam (ſyllaba detrita) incolentes, te
Sabellico.

In Gallia ſunt Normanni, quo
Norvegia, regno Daniæ conjunct
prodiiſſe, & Galliæ partem prius N
ſtriam dictam occupaſſe, oſtendunt
ſtoriæ. Provinciam autem iſtam poſ
à ſe Normandiam, quaſi *Nordtman*
Land, in hodiernum uſque diem nu
cuparunt.

In Hiſpania ſæpius debellata re
dent Gotthi: à quibus regia ſtirps
ſpanorum, quod ad maternam line
attinet, originem trahit: id vero
laudi duxiſſe, indeque ſerio triu
phaſſe Carolus V dicitur.

Pompejus Trogus teſtatur proin
ex Gotthorum genere extare Parth
rum proſapiam.

In Hungaria vero Hunni permane
cujus vocabuli veſtigium *Hunneb*
quaſi exercitum Hunnorum quis
cat, apud nos in memoria eſt.

In ſuperiori Germania Suiceri ſ
Helvetii (vulgariter *Svvitzer*, & Co
fæderati, *Eydgenoſſen*, dicti) populi ſe
per habiti bellicoſi, à Gotthis origin
trahunt.

Quibus in terris amæniſſimis, p
felices variarum expeditionum, & d
ficillimorum certaminum eventus,
ru

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

-um feracitate, & ubertate allecti, con-
uieverunt.

Atque hæc de origine, & appella-
one gentis Danicæ: Sequitur altera
ars de præcipuis regni Daniæ par-
ibus.

Attingit quidem hoc negotium in
nine ſui operis Saxo Grammaticus:
d terræ hujus formam, mira ſtylī
arſimonia proponit, brevi admodum
rationis filo, longiſſimi itineris ſpa-
ium perſtringens: ut documento tam
nguſto commode quis erudiri ne-
ueat.

Mundi dimenſor Strabo, fatetur ſe
ullam hujus zonæ cis Albim habere
otitiam. *Illa vero plaga*, inquit, *quæ
rans Albim Oceanum ſpectat, nobis
rorſus incognita.* Quam vero harum
erum ignarus fuerit, prodit eodem li-
ro, in quo Ephori Hiſtoriographi an-
iquiſſimi, ſententiam ut falſam reji-
it: qua accolis Oceani, plus detrimen-
i, majoremque vaſtitatem à maris
eſtu, & impreſſione accidere aſſerit,
uam ab armis hoſtium. Quod quia
eipſa ſe ita habere optime exploravi-
nus, Ephorum ut veracem ſcriptorem
lefendendum eſſe ſtatuimus. Nam etſi
nimis verum ſit, quod juſtis querelis
Lucanus perſequitur,

Nulla fides, pietaſque viris qui caſ
ſequuntur:
Solent tamen milites, in bellis leg
mis, ætatis rationem habere, & ſe
miſerationem admittere: utpote p
gnantibus, parvulis lactantibus, &
miſopitis, decumbentibus, & decre
tis, qui lege naturæ, à belli injuriis i
munes ſunt, parcere: Aſt Oceani
tura inſtabilis, ſubita inundatio, o
mnia indiſcriminatim rapit, abſ
betque.

Damnat præterea, ut fidem m
me merentem, Clitarchum, qui m
impetum in hiſce pagis dicit equis
fidentes vix effugere.

Neque male hæc Clitarchus, &
circo me ſibi patrocinantem habe
Nam non loquitur de iſto æſtuario
xu, & refluxu Oceani, quo lente
motum Lunæ, nunc plenæ, nunc
midiatæ, nunc cavæ, nuncque tub
ſæ, bis in die quolibet naturali, qui
ginti quatuor horis conſtat, ſtatis
ctibus accedit & recedit, terreſtria
prehendens, & marina animalia d
tuens: Sed de Aphrici venti ſævitia
Circii ſumma tempeſtate, Mattia
Brabantis, Friſiis, multiſque aliis ge
bus, Oceano vicinioribus, nociva. C
aggerum moles manufactæ, in circu
ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

naris, alicubi longius, latiuſque exten-
e, fluctibuſque oppoſitæ, marinis a-
uis in continentem impetuoſiſſime
rovectis divulſæ rimas accipiunt: Et
ndem undarum procellis frequenter
latrantibus,in ruinã funditus labun-
ur: quod autumno declinante, vel
ere adventante, ut plurimum ac-
diſſe conſtat: quando conglome-
antur venti, de quibus Virgilius 1.
Eneid.

Vna Euruſque, Notuſque ruunt, cre-
berque procellis
Aphricus, & vaſtos volvunt ad lit-
tora fluctus.

unc certum eſt maris immaniorem
luviem fieri, impetumque ejus in
antum momento intumeſcere, ut vel
hriſonemHimeræum, curſorem con-
itatiſſimum, Niſumque Virgilianum
præcurrat: vixque tam acer quis ſit,
it celeritatem ejus ingruentem decli-
naverit, & ne quidem equo velociſſi-
mo quis evaſerit. Nam velocior ejuſ-
modi incurſus, quam avis præpeti vo-
latu, pertimeſcendus. Vnde & Flaccus,
Oda 3, admiratur hominẽ ut ferreum,
& adamantinum, qui non timet præ-
cipitem aphricum, decertantem aqui-
lonibus.

Talis aquarum exuberantia, gra
batur hic in Friſia minori, inſtar d
vii, anno Chriſti milleſimo quing
teſimo ſeptuageſimo, & in fine a
milleſimi quingenteſimi nonageſi
tertii.

Qua multi homines in planitie,
ciſque declivioribus habitantes, c
omni poſſeſſione abſorpti ſunt. Te
enim ejuſdem ſuperficies, tanta aq
rum altitudine, ſubito exorta, qu
que cubitis ſuperabatur. Sed ut,
de paululum digreſſa eſt, oratio
deat:

Ptolomęus, cęli atq; terrę dimetie
ſtudio incumbens, propius ad noſ
limites ducitur. *Supra dorſum,* inq
Cimbricæ cherſoneſi, ſunt Saxones. I
rioris puta Saxoniæ incolas, Holſa
Holſterne, Vagrios, *Vagerlender*, Gr
penmarſos, *Krempenmersker*, Vilſ
marſos, *Vilſtermersker*, & Theuton
ſos, *Theutmersker*. Hos populos, a
que cis Albim, una cum Cimbris
niæ incolis, Suecis, & Norman
Nortalbingos à neotericis, à Rom
vero Hyperboreos dici, animo co
plector. Vides hic, optime lector, S
bonem, Ptolomæum cæteroſque p
ſeculi Geographos doctiſſimos, T
tum, Melam, Oroſium, alioſq; om

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

on eloquentiæ facundia, neque lucu-rationum attentiori cura claudicaſſe: d ſaltem documentorum copia de-ſtitutos, verique ignorantia, res Dani-cas alto ſilentio præteriiſſe.

De quibus, cœlo remotiſſimo de-gentes, neque quid certi per ſe ſcire, neque aliunde audire poterant. Itaque non Geographicam, ſed incomper-tam, mutilam, omnibuſque modis fri-gidam Chorographiam, præſtantio-ribus non animadverſis, demonſtra-runt.

Hæc cauſa defectui ſubeſt, quod ne-mo ex veteribus, imo neque ex recen-tioribus Germanis, vicinioribus, ſatis alioquin literatis, prodierit, qui à pri-mis temporibus, gentis & regionis noſtræ primordialia perquiſierit: Imo ne minima quidem in hiſce plagis con-tenta, nedum ſingula minutiſſime de-finierit.

Sed quis quæſo Danici Imperii fines, prout olim dilatati conſtabant, deli-neaverit? nemo, mehercule nemo.

Nam ſi quis annalium memoriam explicet, replicetque: à Danis haſce gentes & nationes bello tentatas, in-que provinciæ formam redactas, com-periet.

Hybernia octies à Daniæ Regibus

debellata, & acquiſita eſt: ut à Frid
vo I, Frothone III, Hiarno *Poeta*, Fri
levo II, Frothone IV, Regnaro *Lo*
brogo, Sivardo III, & Frothone VI, q
obiit anno Chriſti 910.

Anglia decies perdomita, ſub imp
rium Danorum devenit, regnan
bus, Frothone I, Frothone III, Hi
no *Poeta*, Fridlevo II, Frothone I
Haraldo III, Regnaro *Lodbrogo*,
vardo III, Frothone VI, Haraldo V
Suenone I, Kanuto *Magno*, & Kanu
Duro; qui fato functus eſt anno ſal
tis 1045.

Scotia armis Danorum occupat
homagium præſtitit Regibus: Froth
ni I, Regnaro, Sivardo III, Froth
ni VI.

Saxonia xv vicibus tributaria fact
penſionem ſolvit regibus Daniæ; He
goni, Rolvoni, Hothero, Roderic
F. Hotheri, Vffoni, Dan II, Dan II
Fridlevo I, Frothoni III, Hiarno *Poet*
Fridlevo II, Frothoni IV, Regnaro *Lo*
brogo, Sivardo III, & Frothoni VI.

Sclavia tota viginti quatuor vicib
ſubacta, juſſi oneris penſum adimpl
vit, hiſce regibus ad clavum ſeden
bus: Helgone, Rolvone, Hothero, R
derico, Dan Secundo, & aliis.

Livonum cervices ſub jugum Da
cu

m miſſi, hoſce Reges agnoſcebant:
nutum IV, Valdemarum II, Ericum
, Abelem *Valdemari Secundi F.*,
riſtophorum *Valdemari* II. *F.*, Eri-
m VII, & Chriſtophorum II.

Curlandia obtenta Regibus obſe-
ens fuit, Frothoni I, Rolvoni, Ho-
ero, Roderico II, Iarmerico, & Ma-
o *Bono*.

Æſtonia, Boruſſia, cum univerſa
olonia, ſæpius Danis ceſſere.

Tota item Ruſſia, octies viribus exu-
obtemperavit, Frothoni I, Fro-
oni III, Hiarno *Poëtæ*, Fridlevo II,
rothoni IV, Regnaro, Sivardo III,
rothoni VI.

Suecia duodeviginti præliis attrita,
conquiſita, hiſce Regibus ſacramen-
um dixit: Gramo, Suibdagero, Ha-
ingo, Frothoni I, Helgoni II, Rolvo-
i, Hothero, Roderico, Dan II, Hu-
leto, Frothoni *Forti*, Dan III, Fridle-
o I, Frothoni III, Hiarno, Fridlevo
I, Frothoni IV, Sivardo I, Haraldo III,
Hettæ *Virgini*, Ormundo, Sivardo
Lodbrogo, Iarmerico, Snioni, Marga-
etæ *Reginæ*, Erico *Pomerano*, Chriſto-
phoro *Bavaro*, Chriſtiano I, Iohanni
I, & Chriſtierno II.

Norvegia devicta, triginta duobus
Danorum regibus juravit: Suibdagero,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Hadingo *Grami F.*, Frothoni *Fort*
Dan III, Fridlevo I, *cognomento Cele*
Frothoni III, Hiarno *Skialdro*, Fridle
II, *Frothonis pacifici F.*, Frothoni I
cognomento Liberali, Haraldo III, *cogn*
mento Hylletand, Gothrico *Gormo*
filio, Regnaro *Lodbrogo*, *Sivardi F*
Sivardo III, Frothoni VI, Haraldo V
cognomento Blaatand, Suenoni *cogn*
mento Tivveskeg. *Moritur poſt Chriſtu*
natum 1004. Kanuto II, *cognomi*
Magno, Magno *Bono*, Suenoni II. *M*
ritur anno ſalutis 1074. Margaretæ *R*
ginæ, Olao *Margaretæ F.*, Erico *Pom*
rano, Chriſtophoro *Bavaro*, Chriſti
no I, *Oldenburgenſi*, Iohanni I, Chr
ſtierno II, Friderico I, Chriſtiano I
Friderico II, & Chriſtiano IV, hodie r
gnanti; cui Deus Opt. Max. ad fine
uſque vitæ, quietem & intelligente
divini atque humani juris mentem
det: & cum imperio diuturno omn
quod eſt in rebus divinis & human
ſuave & delectabile.

Eſt autem hæc regio Norvegorum
totius Europæ ampliſſima, & vaſtiſ
ma, montibus, ſolitudinibus, & rup
bus aſpera, magnaque ex patre ſylv
piniferis invia. Quæ cum Faroarum in
ſulis, & Iſlandia remotiſſima, reges
Daniæ etiamnunc agnoſcit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

n Iſlandia eſt Hecla, mons ſaxeus, petuc incendio Ætnæ perſimilis. In eſt etiam inſula, quæ *Veſpenoa* di- ur: habens in umbilico rupem præ- am, in cujus faſtigio eſt rotunda,& ofunda, peramænaque vallis,grami- veſtita; quam millium aliquot ho- num armatorum capacem eſſe nar- nt.

Inſulæ Faroarum, ab ovium multi- dine ſic dictæ,duodeviginti numero nt, frugiferæ, & graminoſæ, boum nguium & ovium proventu, copia tis, caſei, & butyri celebres; tum am piſcatura admodum felices; o- nes habitabiles, una excepta, quæ aſperrimos, & clivoſos montes aſ- rgit.

Civitatem unam habent.

Orcades vero cum Hetlandia, Nor- giç adminiſtras,quasBuchananus di- enter deſcripſit, ad gremium matris æ reverſuras confidimus. Sunt au- m Orcades triginta duæ numero, nguſtis inter ſe diductæ ſpatiis, ut utæ noſtri teſtantur.

Sed de Grunelandia, auro,pretioſis em Sabellorum Sciſmorumque pel- bus,& Rhinocerote locuplete,parum lliciti ſunt Dani. Quæ poſt epide- iam illam luem univerſæ propemo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

dum gentis noſtræ conſumptric[illegible] quam noſtrates ab effectu, nigr[illegible] mortem appellarunt, periculoſæ, [illegible] certæque navigationis longinquit[illegible] & tædio neglecta jacet.

At nunc aliam imperii Danici [illegible] ciem, quam depinximus, videre lice[illegible] juſte nobis quis objiciat; Cedo qui [illegible] ſtrum imperium tantum, tamque [illegible] rens diminui paſſi eſtis? ita ut in [illegible] nullum hodie veſtigium ferme, qu[illegible] antiquam majeſtatem redoleat, in[illegible] niatur? *Reſpondeo:* Quemadmod[illegible] aliorum Regnorum, & monarchiar[illegible] fortunam ſenuiſſe, & defloruiſſe c[illegible] ſtat: maxime vero Romanorum ſ[illegible] limitatem, ſub effœtam hujus mu[illegible] ſenectam attritam, ac demum ad p[illegible] dictionem Danielis corruiſſe man[illegible] ſtum eſt: Sic & Danicam celſitudine[illegible] & imperii hujus ſeptentrionalis [illegible] bur, ſub mundi finem quodammo[illegible] acciſum eſſe fatemur.

— Sic omnia verti
Cernimus, atque alias aſſumere [illegible]
bora gentes:
Concidere has.

Quod igitur aliis regnis, & quid[illegible] florentiſſimis, omni tempore accid[illegible] quiſque ſapiens luculenter videt: q[illegible] rempublicam ſuam, in libertate inc[illegible]

rupt[illegible]

tam & florentem conſervare haud
tinuerunt: id nobis varia fortunæ
a contigiſſe, nemo jure mirabitur.
Nam arrepta qualibet occaſione,
xima, & quamplurima regna,
jorum induſtria feliciſſime, & ma-
no Danici nominis decore acquiſi-
truncatione à nobis indigne avulſa
t.
Particulas quas quæque gens potuit
lenter abſtulit; haud ſecus, ac ve-
pulcherrimæ diſciſſæ, panniculo-
n ſpolia facile detrahuntur, ac ſur-
iuntur.
Enimvero Rutheni nunc pulſi, ma-
ſque dare coacti, noſtros rurſum
pulerunt.
Idem Cimbris noſtris in Italia eve-
ſſe, Tacitus & alii teſtantur: qui cum
omanorum Ducum, Carbonis, Caſ-
, Scauri, Aurelii, Servilii Cepionis &
Manlii victores eſſent facti, iidem
C. Mario profligantur: & cum Gal-
s affectaſſent, à Iulio fuſi ſunt.
Scoti Regno apud ſe aſtu ſtabilito,
ceſſerunt.
Sic deficiente uno, deficit & alter.
Angli, Kanuto tertio defuncto, me-
que remoto, præſidia Danicarum
hortium, per caſtella, & vicos ſpar-
rum, inſidioſe invadunt: quibus oc-
ciſis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ciſis, Danorum imperium hume
ſuis excuſſerunt. Et ita abſentia reg
legionumque incuria amiſſa eſt B
tannia, anno poſt Chriſtum natu
1060.

Eadem Schola & arte edocti Lub
cenſes, ad id facinus delecti, intra m
ros Valdemari II Regis præfectum
cautum adoriuntur,& perfide obtru
cant.Diſſimulata ſiquidem lætitia ba
chanaliorum celebrandorum,cum v
nia intromiſſi: clandeſtinis deinde i
ſidiis, ſtrictiſque mucronibus conf
tim diſſilientes, & diſcurrentes, c
vium quemvis ſternendo,& quaſi m
turam meſſem metendo, proditi c
ſtelli portas, cum arce, fæda ſtrage il
ta, de inſperato occuparunt. Ita telu
veneno infectum,quod ſinu foverun
& tam præclaro lætitiæ titulo veh
runt,impune in noſtros ejaculati ſun

Patrum etiam memoria, Sueci, t
ſacramentis, totque ſanctis fæderib
regno Daniæ obſtricti, factioſi hom
nis Stenonis Sturii ſuaſu deſciverun
Is cum eſſet Danico nomini infeſtiſ
mus, poſt cognitam cladem Theut
marſicam infauſto prælio Danis infl
ctam, Suecis & Norvegianis (ut cor
phæus) diſcordiarum faces popular
ter prætulit : Danorumque partes,
pr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

pcliviter & cupienter deſererent,
ſuaſit: anno Chriſti ſupra milleſi-
um quingenteſimo ſecundo: licet
le minimum libertatis fructum per-
perint.
Fridericus vero Holſatiæ dux, cum
t incommoda in fraternum caput,
pidi torrentis more, confluere per-
ceret: Theutomarſienſium nimirũ
ationem, ob recentem victoriam;
rfidiam nec non Lubecenſium, ig-
m martialem inſtar flabelli; hinc, &
nc, in regis exitium excitantium, ut
us potentiam debilitarent: ad Nor-
gienſium hoſtiles motus coërcen-
os, domino regi ſuam operam obtu-
. Hac tamen lege, ut dimidiam regni
orvegici portionem, decennali ſpa-
o poſſidendam ſibi permitteret.
Quod rex magnanimus, parum è re
a eſſẽ perpendens, primum ad recu-
erandum Norvegiam animum adje-
t. Quamobrem filium Chriſtiernum
contra ſeditioſos Norvagos aman-
at, à quo eveſtigio ad obſequium ad-
ucti ſunt. Quibus poſt eum diem ad
oſtram uſque memoriam fideliſſimis
uxiliatoribus uſi ſumus.
Suecorum vero pertinaciam, eidem
lio compeſcendam, perdomandam-
ue rex moriens reliquit, anno à nato
Chriſto,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Chriſto, milleſimo quingenteſi[...]
tertio. Quamquam ille, ubi plurim[...]
laboris exhauſiſſet, eoſque infeſt[...]
mos, per cruenta remedia (cæde v[...]
licet aliquot inſignium virorum; q[...]
regio facinore patrato) ſubjuga[...]
nec prohibere potuit, quin ad priſti[...]
defectionis mores redirent.

Theutomarſi (genus intracta[...]
bello) poſt victoriam iniquo loc[...]
Danis reportatam, in quo non[...]
cti, ſed decepti ſunt noſtri, lo[...]
tempore rebelles, & indomiti fa[...]
nullius jugum ferentes, ſed & reg[...]
inſultantes, & formidabiles, ite[...]
ductu & auſpiciis Friderici II, ad [...]
dientiam pertracti ſunt, anno ſ[...]
milleſimum quingenteſimum q[...]
quageſimo nono.

In eo bello, ſumma regis clemen[...]
in devictos perſpecta eſt: nam ejus [...]
tu occiſus nemo, niſi quilibet pe[...]
nax, ad arma paratus. Cæſorum [...]
minus hoſtium cadavera, quam ſ[...]
rum inhumanda procuravit. Et cũ[...]
crudelitatem ipſum inflammare t[...]
tarent alii, prorſus renuit, bellique [...]
rociam quanto potuit ſtudio emo[...]
vit: Victoriam quidem de hoſte ad[...]
ſci, pulchrum & laudabile ducens: [...]
incruentã eam reportare, & clemen[...]

ira

n temperare, multo laudabilius eſſe pendens. Summa itaque cum leni- victoria potitus eſt. Quam virtu- in bono principe, poëta his aureis ibus commendat:

Bellica quæſito frenanda eſt ira triumpho:
Non ſævit domito nobilis hoſte manus.

Nunc tandem divina opitulante tia eam, quæ modo eſt, Daniæ titionem, & amplitudinem, exe- emur.

DANIA.

ST regnum Europæum, Septentrio- nale, nulla pene ſua parte continen- unctum: Sed in creberrimas inſulas sjunctiſſimas diſpertitum: hinc O- ano ad occaſum circumfuſum: hinc- ue ad ortum mari Balthico inter- uſum.

Vnde hæc Regio, à veteribus Scan- navia appellata eſt: quod iter in ea, tro citroque facturi, naves frequen- r conſcendant.

Diſtincta in univerſum eſt Dania in omarchias centum octoginta qua- uor, quæ totidem Nomarchis, legum anicarum peritis, adminiſtrantur. uarum ſingulæ tam longe lateq; ex- tendun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

tenduntur, totque parochiales e
ſias continent, prout iis agrorur
racitatem & camporum ac prato
amplitudinem natura indulſit, ve
mora eas interceperunt, vel flumi
decurſus, vel amnes monteſque c
limitibus à ſe invicem diſcreverun

Differentiæ proinde gratia, à l
vel ſitu cardinum mundi, anima
lis, ſive alitibus, aliiſque quibuſvi
bus, hæ præfecturæ ſatis amplæ, i
mnibus hiſce terris, appellationes
deſumpſere. Quas & incolis maj
ex iis indiderunt: ut ab

Ortu,	Nomarchia	Ortus, *Oſterharr*
Occaſu,		Occaſus, *Veſterhar*
Meridie,		Meridiei, *Synderhar*
Septentrione,		Septentrionis, *Nordtharr*
Leone,		Leonis, *Levvharre*
Anate,		Anatis, *Andſtharr*
Rana,		Ranæ, *Fröesharre*

Et ſic de reliquis.

De Limitibus Daniæ.

Limites imperii Danici hodie
die hi ſunt: Imperium Dano ad A
ſtrum Vandalicæ civitates termina
Ad Aphricum (Sudveſt) unius
noctiſque curſu ſecundo, trans fret
Oce

ceani Freſonici, Belgium abeſt. Ad
orum (Nordtveſt) vel Circium, Sco-
a, Britannico Oceano interlabente,
igitur. Ad Aquilonem, Norvegiam
dminiſtram ſuam, modico Oceani
anſitu interveniente, proſpicit. Ad
rtum ęſtivum (Nordt-Nordtoſt) Sue-
a ei contigua eſt. Et hi quidem termi-
ſunt Danorum. Quorum imperium
cipit ubi altitudo polaris eſt gra-
num 55 & 54. Et extenditur uſque ad
lum arcticum. Continet igitur 540
illiaria Germanica, ut Mathematici
pputant.

IVTIA, ſive GOTHIA.

Artium regni ſpacioſiſſima, & po-
puloſiſſima Gothia eſt. Cujus nomi-
s loco ſyllaba priori paululum vitia-
, nunc cognatum retinetur, & Iu-
dicitur: varias gentes, & terras
am plures introrſus habens, quæ
iis in locis, aliis ſpeciatim nuncupa-
e ſunt nominibus.

Peninſula vero hæc ampla, ab Iſth-
o prope Sleſvicum, orientis pela-
us; à mari occidentis ſeparante, Cim-
riſque incolis antiquioribus Gomer
ropagatis (antequam ſub regibus hæ
entes vivere conſueverunt) Cherſo-
ſus Cimbrica appellata eſt. Sic exole-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſcunt vetera: & recentiora, pro m[illegible]
litate humanæ inconſtantiæ, in[illegible]
vantur.

Cherſoneſus autem Cimbrica, ap[illegible]
Hiſtoricos, & Geographos illuſtris [illegible]
eo quod hæc terra Cimbrorum, in[illegible]
quatuor memorabiles mundi Cher[illegible]
neſos, una ſit, gentem progenerans [illegible]
lidam, ac robuſtam.

Nautæ, qui hujus celebris Cher[illegible]
neſi littora (quæ late tenet) circu[illegible]
runt, eam ad Auſtrum, ſecus Egdor[illegible]
diffuſiorem, paulatimque inſtar ling[illegible]
humanæ, in Boream, ad noviſſim[illegible]
maris promontorium Schagen, c[illegible]
tractiorem eſſe obſervarunt. Quod[illegible]
forma Nomarchiæ ulterioris, hu[illegible]
terræ, quæ à cornu *Hornskærret* d[illegible]
eſt, manifeſtum reddit. Vnde in N[illegible]
vegiam feliciter navigantibus, bre[illegible]
admodum trajectus eſt.

Longitudo hujus regionis, ab [illegible]
arenoſo promontorio, nautis trem[illegible]
do, inter vertices polares, verſus [illegible]
ridiem, ad amnem Leonis (*Lövi*[illegible]
Aa) directa, quinquaginta tria [illegible]
liaria Germanica porrigitur: qua v[illegible]
latiſſima eſt, triginta patet.

Eſt autem Iutia bipartita: Merid[illegible]
nalis, & Septentrionalis.

IVTIA *Meridionalis.*

QVAE ad meridiem ſita eſt, Holſatiam, regis Daniæ cum cohæredi- us terram hæreditariam, & Septen- ionalem Iutiam interjacens, ab a- nneLeonis citra Sleſvicum, recta linea, ſeptentrionem, ad amnem Schod- urgenſem, borealis latitudinis termi- um, protenſa: in occidentem vero Oceanum uſque pertingens, atque ad gros urbeculæ amœniſſimæ Koldingę, erſus ortum æſtivum ſitæ, patens, underjutia dicitur: inclytumque Ducatum Sleſvicenſem complectitur: qui à Danis incolis perpetuo eſt occupatus, & ſemper Daniæ pars, & appendix connumerata.

Cujus narrationis fides ne laboret, ut infirma, extant & viſuntur etiamnunc prope Sleſvicum, ubi Cimbricæ Cherſoneſi Iſthmus cernitur, (ut antea retulimus) foſſarum & aggerum memorabilia veſtigia conſciſſa, quæ *Danevirch* (hoc eſt, opus Danorum) nuncuparunt.

Qui agger, profunditate, qua Holſatiam ſpectat, inadibilis, ſexaginta pedes latus, totidemque altus, hoſtibus arcendis inſtar obicis objectus: ſpacio Germanici miliaris à maris Orientalis

littore, ad Occidentalis Oceani ri[...]
exacte perductus.

Quem bono conſilio majores co[...]
fecere:eique Liminarcham, cum cuſ[...]
dibus limitaneis, è perpetuis re[...]
ſumptibus præfecere, circa annu[...]
Chriſti 940. ut eo vallo, tanquam m[...]
nimento ſolido clauſi, ab incurſio[...]
bus, atque latrociniis vicinorum [...]
xonum tutiores eſſent.

Vbi duo maria, Orientis, & Oc[...]
dentis, (ut dictum eſt) reboantibus [...]
trinq; è diametro undarum procel[...]
impervia ſunt. Et hoc eodem lo[...]
terræ collo, ſeu Iſthmo, Cimbrica[...]
Cherſoneſum reddunt. In univerſo[...]
quidem utriuſque Gothiæ circuitu, [...]
mnia latera hinc vaſto Orientis ma[...]
illinc lato Oceano pulſantur, niſi q[...]
Holſatiam tangit.

Civitates ducatus Sleſvicenſis, [...]
Iutiæ meridionalis, hæ ſunt:

Sleſvicum: Epiſcopalis ſedes, op[...]
dumq; limitaneum eſt, Holſatis vici[...]
in hiſtoriis celebre, propter facin[...]
memorabilia circa id geſta. Inter [...]
tera omnia, quæ brevitatis gratia [...]
mitto, æternam infamiæ notam, [...]
fandum Abelis Reguli parricidium, [...]
fratrem patratum, meretur. Cujus [...]
lo, Ericus Sanctus Valdemari II fili[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

x Daniæ, ad fratrem divertens, ca-
te truncatur: & cadaver optimi re-
s, in Sliam, à qua civitas nomen tra-
t, indigne abjicitur: 9 Auguſti anno
lutis 1250.

Flensburgium: quaſi fluminis *Bur-*
um, civitas magnifice extructa, atque
mercatura celebris.

Sunderburgum. In ea, ſereniſſimi
rincipis, ac Domini Ducis Iohannis,
hriſtiani III filii, aula eſt.

Tundarium, *Huſium*, *Aapenroa*,
atterſlebia, ab *Hottero* Rege condita,
chenoſurtum, *&c.* Quibus omnibus
excepta poſteriori) regiæ ſplendidiſſi-
næ adjacent: quæ & divertigia, &
ortus navigiis accommodos habent.

In hoc principatu, diverſam terræ
peciem referente, triplicem ſoli habi-
um conſideravi.

Ad Orientem, ſecundum maris
ircumferentiam, eſt argillaceum, pin-
que, paluſtre, pratenſe, ſylviſque ſuper-
bum.

In dorſo terra eſt ceſpititia, ericoſa,
uderata, & tamen fæcunda.

Verſus occidentem gleba eſt ſalſugi-
noſa, profunda, fertilis, ut in Theuto-
marſia. Quæ terra, non à Marſis (ut
quidam falſo narrant) ſed à terra pro-
fundiori, ſalſedinem maris redolente,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

nomen traxit. Nam & alia loca occi dentalium harum gentium, hic in Cimbrica noſtra Cherſoneſo, pro Oceanum ſita,(inter quæ,& hoſce po pulos magna eſt diſtantia) eandem a pellationem retinent:& accolæ eoru dem Marſi, à fundo marino, que ſalſæ alluunt, dicuntur. Vnde,opinc à vero non abhorret, Marſorum, nc unius, ſed multarum gentium eſſe v cabulum.

Sed hæc hactenus de Iutia me dionali: In qua ſupra quadringent parœcias rurales eſſe certum eſt.In h etiam ducatu eſt Egdorſtadium, ſi Friſia illa minor, terra fertiliſſima,q miris laudibus, & ſolidis encomiis fert Saxo Grammaticus. In hiſce o ſal candidiſſimum, & ſapidiſſimu conficitur, non ſine incolarum ube rimo quæſtu.

IVTIA *Septentrionalis.*

IVtia vero Septentrionalis, eade fere ſoli natura, & ingenio, ſi co ferantur termini: priori quadrup productior,atque ad habitandum ar ampliſſima, viginti tribus civitatib inclyta.

Quæ quidem regio, olim plurim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

locis horrida, & inculta, ad ſerendi
um non prociſſà: nunc vero cultu-
, hominumque induſtria, in jugera
ugifera, & amænos fundos paulatim
dacta eſt: ita ut frumentorum & fru-
uum generatrix perfæcunda ſit. Bo-
m item, & equorum piſciumq; variis
neribus nobilitata. Quorum copia,
hubertate, vicina regna, ingrave-
ente annonæ caritate, ut plurimum
blevantur.

Nam ut cęteras orbis partes præter-
am, in Belgium non ſolum ingens
rumenti copia quotannis hinc aſpor-
atur: Sed & eo, inque alias Europæ
artes, myriades aliquot boum,
equorum, venales emittuntur. Pro
ngulis autem capitibus, Regiis pu-
licanis Ioachimicus hic numeratur:
uæ ſumma congeſta, aliquot auri
onnas excedit.

Quod ad feras attinet, conſpiciun-
ur hic (ut & in aliis hiſce inſulis) ma-
ni cervorum greges: ex quibus certũ
ſt, regiam M. unius menſis ſpacio (cum
n Auguſto ſuis aulicis convenaretur
n. 1593) ultra mille ſexcentos irreti-
iſſe, & mactaſſe, idque ex grandiori-
bus, & ſelectioribus; damis, vitulis cer-
vinis, capreolis, apris, leporibus, &
vulpeculis non reputatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Ab occiduo latere hujus celebr[illegible] Cherſoneſi, complures, ſed minor[illegible] inſulæ, in Oceano ſparſæ jacent, qu[illegible] fere omnes Ripenſis diœceſis juriſd[illegible]ctioni ſubſunt. Auricula Harſilia *Harboöre.* una parochia comprehen[illegible]ſa. Non procul ab ea, Bovensbergum montium altiſſimus, importuoſu[illegible] naufragiiſque creberrimis infamis, [illegible] mari attollitur: Cujus jugum prima[illegible] aëris regionem adæquare videtu[illegible] Venora, *Venöe.* quaſi dicatur Ven[illegible]ris, vel amicorum, ſive pulchra inſ[illegible]la. in Nomarchia Hiermenſi. Holmi[illegible] Danice *Holm.* duarum parœciarũ i[illegible]ſula, piſcatura celebris. Stadeloa, *St[illegible]delöe*, paucis villis colitur. Numindi[illegible] *Nyminde.* Huga, *Hug.* Torſmindia *Toerſminde.* Tuderhafnia, *Tuderhave*[illegible] Norbia, *Nordtby.* Mandia, *Mandö*[illegible] Auſtrale Caput, *Synderhoffit*, piſca[illegible]tura celebris. Fandia, *Fanöe.* Langl[illegible]cha, *Langlegh.* Rimmæa, *Rimöe.* L[illegible]ſtræa, *Liſtöe.* Sildræa, *Silderöe.* qu[illegible]tuor parœciis habitatur. Feoræa, *Föe*[illegible] tres parochias continet. Vdholmia *Vdholm.* Ameroa, *Ameröe.* unam pa[illegible]rœciam oſtentat. Terra quæ ſancta d[illegible]citur, *Heligland.* & aliæ.

Ad ortum æſtivum, Nordt-Nord[illegible]oſt, hæ inſulæ ſe oſtentant; Leſſoa, *Le*[illegible]

.. Anhaltum, *Anholt*. quam Leſſua
meridiem habet.

Dici vix poteſt, quam copioſa pi-
um præda, ab Occidentali hujus
ræ parte, per totum fere anni cur-
n capiatur: ut tam celebris piſcatio-
s, emptionis & commutationis pre-
um aliquot auri tonnis æſtimetur.

Vſus ſiquidem accolarum maris,
ctum piſcatu venantium, aliorum-
ie regni incolarum neceſſitati, non
odo ſuccurrit; ſed & ad extremas
ermaniæ, Galliæ, Italiæ, aliarumque
motiſſimarum gentium oras, ma-
no fruitionis deſiderio emanat. Quo
teſtis reſpexiſſe videtur Valerius
lax., qui ad voluptatem, & inglu-
em luxuriantium ſui ęvi explendam,
iam eſculenta piſcium lautiora, ab
ltimis Oceani littoribus attracta eſſe
arrat.

Sed Cimbricæ ſeptentrionalis deli-
eationem proſequamur. Quæ in
uatuor ſedes epiſcopales latiſſime pa-
entes diviſa eſt: *Ripenſem*, *Arrhuſien-
ſem*, *Vandalicam*, olim *Burglavienſem*,
c *Viburgenſem*, meditullio, æquoque
olo recumbentem. Hanc civitatem
Ailnothus Anglus copioſe deſcripſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

DE DIOECESI RIPENSI.

R*Ipa*, in ripa Oceani ſita, civitas A
ſtrali Gothiæ proxima: mater pl
rimorum virorum eruditorum, pr
clariſque ingeniis fæcunda. Quæ
commoditate limpidiſſimi flumin
Nibſaa, triplici incurſu civitatem i
terſecantis, ſeque in Oceanum exon
rantis, tribus Leonibus inſignita eſt.

Caſtellum munitum urbi adjace
qua Oceanum ſpectat.

E ſaxo quadrato eſt hic templu
ſatis amplum, una cum turri miræ a
titudinis, in Lilio monte, primum a
Erico II magnifice ſubſtructum: que
S. Anſgarius ad Chriſtianam religio
nem convertit, circa annum Chriſ
848.

Civitates ſeptem huic Diœceſi ſub
ſunt.

Quæ in Nomarchias 30 diſtinct
eſt. Intra quarum limites, parœciæ ru
rales 282 continentur.

Arces & regias domos decem repr
ſentat.

Caſtra vero nobilitatis centum po
ſidet.

Amnes in hiſce oris fluunt multi
ſed qui famam habent, hi ſunt:

Schodburgicus, Auſtralem Gothiam

à Se

ptentrionali diſterminans, memo-
li clade Sclavorũ maxime illuſtris:
im in agro huic amni adjacenti
riti ſunt à Danis uno conflictu ad
millia Sclavorum. Videatur Chro-
on Norvegicum.

Amnis qui *Holſtedtaa* dicitur, cum
cedenti confluit, atque uno alveo
Oceanum deſcendit.

Vardenſis, *Karupenſis*, *Skiernaa*,
lii fluvii memoratu digni, qui par-
initiis in Oriente concipiuntur,
tea multorum fluminum aquis au-
in occaſum præcipitanter vergunt,
Oceano illabuntur.

Vetlenſis, *Koldingenſis*, *Hylchius*, &
i *Trux* dicitur, in mare Orientis ſe
onerant.

Proxime ad Ripam accedit Koldin-
, urbecula amæna, & pervetuſta:
jus meminit Ptolomæus. Eam præ
is Chriſtianus III ob loci amæni-
tem, aëris clementiam, & ſalubrita-
m, in delitiis habuit. Ideoque Aquilæ
rgum, arcem (*Ornsburg*) civitati
peremineniem, de integro ſtudioſe
novavit. Vbi & humanis rebus mi-
culoſe ſubductus, animam Deo red-
idit, anno Chriſti 1559.

Decumbens enim, gravique morbo
ſe ut flos elangueſcens, per Angelum
Dei

Dei confortatus eſt: & de ſuæ mo[rtis]
termino admonitus, ante obitū i[llu-]
ſtriſſimam conjugem, liberos dilec[tiſ-]
ſimos, nobiliſſimum Dominum [Jo-]
hannem Friſium regni Cancellariu[m,]
M. Paulum Noviomagum concio[na-]
torem aulicum, Doctorem Corneli[um]
medicum peritiſſimum, aliosque ex[in-]
timis domeſticis de ſublevamine [ſu-]
crucis admonuit: eosque bene ſper[are]
juſſit.

Nec eum fefellit prædictio. Eod[em]
ſiquidem momento, monitore ange[lo,]
non ſine ingenti totius regni luctu, i[n]
Calendis Ianuarii, ad metam ſui æ[vi]
placidiſſime pervenit.

Ejuſdem anni, & menſis XXIV d[ie,]
qui Marti ſacer eſt, Martis filius Ch[ri-]
ſtiernus II, Daniæ, Sueciæ, & Nor[ve-]
giæ Rex, poſt viceſimum ſeptimu[m]
annum ab adempto ſibi Regno, *K[a-]
lunburgæ Selandorum* obiit. Qui cu[m]
paulo ante, Chriſtianum III vita [de-]
functum audiret: lachrymis obort[is]
ſe ejus comitem brevi fore, cum de[ſi-]
derio elocutus eſt.

Ad eundem modum Chriſtianus I[II]
cum in florentiſſimo regni ſui ſtat[u]
Sunderburgum veniret: ubi eo temp[o-]
re Chriſtianus II in cuſtodia aſſerv[a-]
batur: eum adiit, & rerum human[a-]

ru[m]

viciſſitudines librans, præcipites-
imperiorum caſus conſiderans,
m amplexus eſt:& captivi regis ca-
tatibus uberrimas lachrymas im-
dit.

ereniſſima autem Regina Doro-
, poſt mariti obitum, *Koldingæ,*
d reliquum vitæ erat, in perpetuo
batu vivere præoptavit: magnum
viduitatis ac mæroris exemplum
bens. Vbi Scholam novam, inter-
one viri conſularis *Severini Palu-*
i (piæ memoriæ) mota, juventuti
uxit: & pauperibus noſocomium
didit.

jus munificentiam, olim pædono-
s iſtius loci, hoc Elogio, foribus
olæ deauratis literis affixo, cele-
vi:

Dorotheæ *impenſis domus hæc ex-*
tructa renidet:
Quæ Danum *conjux regia regis*
erat.
Illius æternum florebit nomen in orbe:
Quod muſas larga foverit ipſa
manu.

DE DIOECESI ARRHV-SIENSI.

Oſt Epiſcopatum Ripenſem, ſequi-
tur Arrhuſium: qua appellatione
domus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

domus remorum ſignificatur: civ
maritima celebris: ubi ſedes Epiſco
lis conſtituta eſt circa annum Ch
1014.

Hæc Diœceſis, in umbilico Got
Septentrionalis ſita, ſylvis, feris, læ
ribus item ac fertilioribus agris,
aliis hujus terræ partibus abundat.

Nomarchias habet 31. Civitates
Parœcias rurales 304. Arces 5. In
eas maxime celebris eſt *Scanderb*
gum, quaſi *Schonenburgum* quis dic
lacubus, ſylvis, venationibus, &
ditibus anniverſariis locuples. Inſi
etiam nonnullæ huic Diœceſi ſub
cent, ut ſunt: Samus Danica, *Sam*
civitati dictæ vicina, fertilis exim
quæ ſeptem parochiis habitatur. Hi
mia, *Hielm*, facinore magnanimi
rois Marſtigii in Ericum Regem,
læſam conjugis pudicitiam ſeveri v
dicis, famoſa. Thuna, *Thun*. Mol
& Hilgeneſum, *Molsöe*, *Hilgen*
Romſoa, *Romsöe*. Indelavia, *Indelav*
Hiarnoa, *Hiarnöe*, ſepultura Hia
Regis celebris.

DE DIOECESI VANDAL
CA, ſive BURGLAVIENSI.

HInc ad eorum eſt *Aalburgum*,
anguillarum copia ſic nuncupa

forſ

in quia ſecus eam copioſe capian-

n ea civitate Vandalicarum Eccle-
um Epiſcopus ſedem ſuam habet.
n Nomarchias tredecim ſatis am-
s hæc ditio diſcriminata eſt.
Quæ in univerſum templa ruſtica
continent, plumbo, ut & alia fere
nia in hoc regno, tecta.
ex in ea civitates reperiuntur.
Domosque nobilitatis centum
bit.
artes hujus Diœceſis maxime il-
res, cum ſuis adjunctis, hæ ſunt:
ſilia, *VVendſÿſſell*. Hannomar-
, *Hanhærret*. Thya, *Thÿeland*.
rſæa, *Morſöe*. De his nunc ordine
tur.

ENSILIA, olim BURGLA.

enſilia inter reliquas hujus diœce-
artes natio grandior, & celebrior
Cujus longitudo à Meridie, pro-
ntorium ad uſq; *Scavinicum* nau-
netuendum, in Borealem Ocea-
n, decem milliarium Germanico-
n ſpacio excurrit: Et Lymico ſinu,
atu nobili, à reliquo Iutiæ corpo-
diſcriminatur.
Partita eſt hæc terra *Vandalorum*
monarchias ſex.

Atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Atque in iis Parochiales Eccl...
ſeptuaginta conſtitutæ ſunt.

Arcem unam nomine *Selſtrup*...
Monaſteria duo.

Oppida vero tria habet: ut ſi...
Seboium, ad mare Orientis ſitum:...
by. Hieringum, *Hörring*. Schag...
Skagen.

In Nomarchia *Kiarhærret*, i...
alios amnis, qui patrio ſermone *I*...
dicitur, clarus eſt: dividens præfe...
ram *Huitbojam* ab *Hannomarchi*...
ad Aphricum (*Sudveſt*) defluens in...
Lymicum ſinum evolvitur.

In Nomarchia *Vennebergenſi*, ...
amnes haud ignobiles fluunt: ſed ...
ſtriores hi ſunt:

Liverſaa, qui ex monte prope *V*...
nebergenſe naſcitur: Et *Yllaa*, quo...
ortum, non procul ab oppido *Hie*...
go concipitur.

In ulteriore hujus terræ præfe...
ra, à cornu *Hornshærret* denomin...
verſus Septentrionem in longitu...
ſeptem milliaria Germanica pate...
eſt mons *Asbergum*, in quo mo...
menta Gigantum conſpiciuntur.

Paræcia Raaberga duo ſtagna p...
det: At *Ellinga* tres inſulas mine...
in mari Orientis ſitas oſtentat, ...
ſunt: Griſholmia, *Grisholm*. He...

holm...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

olmia, *Hertzkolm*. & Tydskholmia,
aſi Germanorum inſula. Has piſca-
res occupant.

DE SITV HANMARCHIÆ.

H*Annomarchia*, Danicè *Hanhærret*, provinciola eſt inter *Thyam*, *Mor-*
am, & præfecturam *Huitbojam*.
ujus longitudo, ab ortu in occaſum,
uinque milliaria Germanica extendi-
ır: & duo lata patet.

Parochiales Eccleſias ſupra viginti
omprehendit.

In parœcia quæ parva dicitur, Da-
ice *Liden Sogen*, rupes *Skarringa*, vi-
ndæ altitudinis aſſurgit.

Sunt præterea his in oris Syrtes pe-
iculoſæ, undis opertæ; quas *Sandoras*,
c *Bragas* appellant, in eas multi im-
ingunt.

Inſulæ nonnullæ quoque hic viſun-
ur: ut ſunt: Oelandia, *Oelandt*. Oxe-
olmia, *Oxeholm*.

THYA.

Hanmarchiæ proxima eſt Thya, exi-
nie fertilis, & piſcatura nobilis: quam
egiunculam incolæ ab ululando ſic
ictam, pro vero habens. Narrantur
nim iſta loca, nunc arboribus nudata,
lim denſiſſimis ſylvis inſtructa, lupo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

rum immanium, aliarumque ferar
latibula fuiſſe: cum & nuper putar
na, & teſtæ nucum, cervinaque c
nua in paludibus, ut certa veſtigia
ſigna ſylvarum detonſarum, repe
ſint. In Nomarchias quatuor in
ſtincta eſt. Quæ quinquaginta ſex
rœcias rurales continent.

In earum convallibus, imbrium
reſtagnantes, lacus quamplures, &
gna piſcoſa, quadraginta quatuor
ciunt.

Arcem unicam *Orumnam* habet
Oppidumque unicum Thyſtadiu
Vbi Chriſtianus III, Scholam juv
tuti primus condidit.

Cernitur & hic *Veſtervіga*, cœ
bium pervetuſtum, in quo ſepulta
regia puella, patrio ſermone *Li*
Kierſtin dicta, Danicis carminibu
rythmis ſonoris, ob pulchritudin
& virtutem decantata.

In Nomarchia hujus terræ, quæ
minatur *Hillersharret*, templu
Hanſtadium limes eſt, inter O
num, & mare Orientis.

Inſulæ interiores in hac terra
ſunt: *Handſtolmia*, unum milia
longa: inter duos rapidiſſimos an
ſita. Tribus parœciis habitatur.
holmia, inſula rotunda, totidem p

iis habitatur. *Iegena*, una Eccleſia
litur. *Livolandia*, *Egholmia*, *Bo-
mna* peninſula, quæ & unum cæ-
m parochialem alit.

MORSINGIA.

Equitur *Morſingia*, ad quam locis
quinque trajicitur: Eſtque quatuor
iliaria Germanica longa, & duo lata,
ogreſſu ab ortu in occaſum facto.
In ea Nomarchiæ tres: & undetri-
inta parochiæ rurales numerantur.
In Auſtrali hujus terræ plaga unica
ſt Arx.
Vnica etiam civitas Nycopia, *Nÿ-
iöbing*.
Et unica inſula Aggeroa, *Aggerö*.
Stagna duo præcipua habet.
Amnem etiam unum haud ignobi-
em, qui *Scaromaa* dicitur.
Sinus & freta aliquot hic quoque
ecurrunt. Inter reliqua *Fegeſundt* il-
uſtre eſt, à Rege Fengone ſic appella-
um: qui ibidem ſepultus eſſe creditur.

DE DIOECESI VIBVR-GENSI.

NVnc quia ordo exigit, his quæ-
dam de Diœceſi *Viburgenſi* attexe-
nus.
Cujus longitudo ab ortu in Occi-

dentem, duodecim milliaria Germanica patet.

In Nomarchias ſedecim diſcretat. Quæ Eccleſias parochiales ruſticanas continent. Arces tres: totidem civitates habet.

Freta memoratu digna quinque præfert, ut ſunt: Sallingicum, *Sallingſundt*. Virkenum, *Virckeſundt*. Hualpenum, *Hualpſundt*. Seberum, *Seberſundt*. & fretum Otthonis, *Ottenſundt*, in hiſtoriis celeberrimum.

Hic enim Ottho Imperator, ejus nominis I, annos abhinc 956, cum exercitu deſperabundus ſubſtitit. Qui ſuis viribus diffidens, ulterius progredi non auſus, indignabundus haſtam in undas projecit. Quod ipſum loco ſempiternæ memoriæ nomen *Ottenſundt* in hodiernum uſque diem peperit.

In oppido Sleſvico hujus Otthonis nomen, & inſignia, cum anni numero, quo hæc geſta ſunt, in feneſtra quadam depicta eſſe comperi.

Amnes proinde maxime illuſtres duocem fundit: quorum facile maximus & celeberrimus eſt amnis Gudden, *Gudden Aa*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

DE SALINGIA.

nter reliquas hujus Diœceſis latiſſi-
patentis partes, *Salingia* peninſu-
ertiliſſima, Lymico ſinu circumda-
diœceſi Vandalicæ ad ortum obje-
eſt.

Provinciolam hanc, in quatuor No-
rchias, triginta rurales parœcias
mplectentes, diſtinctam eſſe cogno-
nus.

Progenerantur hiſce in oris equi
neroſiſſimi, quos venales expoſitos
teri avide expetunt: & magno pre-
coemptos, longo agmine, alio gen-
m abducunt.

Inter Thyam, quam ſupra retuli-
us, & Salingiam eſt Inſula, quæ à
lchritudine nomen *Faſſuerlandt* ac-
pit: ſylvis ſuperba, & anguillarum
pioſa piſcatura celebris.

Viburgi generalis concio triumvi-
m nobiliſſimorum & ſapientiſſimo-
m, de cauſis civilibus cognoſcendis,
dijudicandis, toto fere anni ſpacio
tinuatur: niſi ubi inquietę functionis
oleſtiis defatigati, ſe in prædiis ſuis
aululum recreant, & vires colligunt.

Vniverſæ igitur Cimbricæ Cherſo-
eſi caſus, querelæ, de finibus & hæ-
editatum controverſiæ, omneſque

capitalium cauſarum animadverſio-
nes, cujuſmodi ſunt cædes, adulteria,
furta, & veneficii crimina, eo deferun-
tur. De quibus Magiſtri litium fori, in
ſingulis Nomarchiis conſtituti, pri-
mum adeundi ſunt, qui litem juxta
leges regni dirimant: eorumque ſen-
tentiis vero conſentaneis acquieſcen-
dum.

At ſi corruptelam judicii moliuntur
hi judices, eo citantur: ſtudiis cauſidi-
corum æquis attentiſſime excutiun-
tur: atque juſta, communicatis conſi-
liis æquilibrio perpenſa, approbantur,
& confirmantur. Qua via in judices
muneribus delinitos, odiove, vel amo-
re obcæcatos, quos non tam rei veri-
tatem amare, quam nummis pedicas
locare, & perſonarum reſpectum ha-
bere compererint, durius animadver-
titur: ac gravi nota infamiæ affecti,
pœnas injuſtitiæ ſuæ juſtas pendunt,
dum cauſa cum pudore cadant, rei-
que familiaris jacturam ingentem fa-
ciant.

Hi dictatores Viburgicæ concionis,
aliique critici prudentiores, in reliquis
provinciis à rege ſubordinati, ut fo-
renſia diſſidia componant, Areopagitis
Athenarum pares, & ſenatui Lace-
dæmoniorum conferendi, ſuperiores
intra

ra hujus Regni angulos agnoſcunt
minem: ſed eorum ſententia, ſuſ-
ptæ materiæ congruens, immutabi-
, jus irrevocabile, & ſempiternum
: ni injuriam quis incuſans, ad re-
m ipſum (quando coitiones anni-
rſariæ in Dania fiunt, & regni ſena-
m coactum habet) denuo referat.
ujus cauſa ante Regis tribunal demũ
ſquiſita, pro qualitate ſortitur even-
m. Atque hæc judiciorum ſanctio,
Legum æquitas, ſempiternæ diſcuſ-
onis cauſarum, ſervatur in utroque
gno, in Ducatibus, & provinciis o-
nibus, quæ hujus regis imperio ſub-
nt. Sed hæc hactenus de Iutia: Se-
uitur Fionia, ad quam longo circum-
cti circuitu, in Orientem ſecundis
entis trajiciemus.

FIONIA.

Fioniam maris Balthici incurſus oc-
duus, à Iutia, anguſto quaſi porth-
o, ſed vehementi impetu, atque vio-
nto fragore, interſecat: & eam un-
iquaque, ut & alia regni intima, cir-
umdat, ac munit.

Fionia tam forma, quam ſitu, amæ-
itate conſpicua, vernacula lingua
ulchrum, ſeu bellum ſonat. multum
nim naturæ dotibus, & cerealibus
 bonis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

bonis fœcundata, rerumque neceſſariarum ubertate prompta eſt. Ideoque ob ſoli amęnitatem, & jugera fructuoſa, nobilibus gratior, frequentioribus que eorundem caſtris occupatur.

In prędefecturas viginti quatuor diſcreta eſt. Templa ruſtica 264: Regias quatuor: Arces nobilium ſex: Monaſteria que totidem: Civitates vero octo ar bit. Vbi ſtagna piſcoſa, manufactis piſcinis exceptis, LXXXVIII, hominum uſui inſerviunt. Vbi decurſu perenni ſcatent amnes novem & triginta: quibus hæc terra irrigatur. Vbi promontoria nautis pertimeſcenda duo ſe expandunt.

Fionenſi Epiſcopatui nonaginta inſulæ, ad meridiem ſitæ, habitabiles pleræque, glebæ fertiliſſimæ, ſemen que accommodæ ſubjacent. Quarum illuſtriores, & quidem contra Vandalicas civitates projectæ, hæ ſunt: *Langlandia*, terra à longitudine ſic dicta ſeptem milliaria germanica longa, d lata, ſedecim parochiis ruſticis occupata. *Lawlandia*, à humili, & profundo ſuo ſitu ſic appellata, octo miliaria longa, quinque lata. Quæ magis id memorandum habet, quod clariſſimum virum, D. Doctorem Nicolaum Hemmingium, optime de ſcholis & Ecc

Dei meritum, nobis tulit. Quare
publica Danica huic terræ juſtiſſi-
s gratias debet, quod ex ea tantus
exeet. *Falſtria*, quatuor milliaria
iga. *Alſa*, tredecim parœciis rura-
us inhabitatur. *Arræa*, quatuor pa-
chiis conſtat. hæc feris ſcatet. *Toſin-*
, trium parœciarum capax. *Stryna*,
uroa, Egholmia, Vreſcenia, Orrea. Vn-
fretum, *Orreſundt*, dictum eſt. *Bo-*
a, Baſtolmia, & aliæ.
Sempiterna memoria dignum eſt,
uod ut in hac terra Fionum, anno
lutis milleſimo quingenteſimo tri-
ſimo ſeptimo, celebrem de hoſtibus
ctoriam reportavit Chriſtianus III:
ulto tamen ſanguine impenſo, prout
iſpartiti regni miſerrimus ſtatus ea
mpeſtate poſtulabat, (in quo confli-
u duo comites, Hojenſis, & The-
elenburgenſis, item Epiſcopus Guſta-
us, vitam amiſere: Chriſtophorus
ero princeps *Oldenburgicus* exercitu
c caſtris exutus eſt:) ita filio ejus Fride-
ico II, Regi noſtro clementiſſimo,
riumphus longe omnium excellentiſ-
imus, in eadem hac regione Ottoniæ,
ingulari magnificentia peractus eſt,
nno Chriſti milleſimo quingenteſi-
no octogeſimo.

Tres ibidem principes Holſatiæ, at-

que Sleſvicenſes Duces, regio ſtemn te prognati, Regis Daniæ æquiſſim dominationem perpendentes, ſe, ſu que omnia, ante tribunal genicul do, ejus patrocinio, & fidei, veteri f deris jure obſtrinxere.

Honorem quidem ob Fimbrian feudo donatam, Ducatumque Sleſ cenſem libero allodio traditum, re bus prioris ſeculi debitum, (non tam omnibus ſolemni ritu porrectum, perſolutum: ſed à temporibus re Chriſtophori Bavari, ejus nominis u timi, circiter centum quadraginta a nos dilatum) oportune conſultoq demum Friderico II concordes dec lerunt.

Percuſſum, & redintegratum e igitur inter eos, cum ſumma lætiti fædus ſempiternum: Vt Danum inj riarum vindicem agnoſcerent: Ipſu in hoſtibus propulſandis, bellove im petendis conſulerent.

Iuſſi viciſſim Regi contra rebellan tes ſuppetias mitterent.

Ita bene firmata antiqua ſocietas ut: Quiſquis Holſato hoſtis declaratu ſit, idem Dano inimicus eſto: & converſo.

Antiquitus hi principatus cis Lube cam, Portæ Daniæ validæ dicebantu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

faſte Porthe, och vern fir Danmarch: quidẽ hoc die, non vectib⁹, vel clavus, non muris, aliiſve repagulis ma-factis, hoſtibus occluſæ: ſed vere a-mantinis vinculis, confæderatione, ejurando, ſacramento novo, ſem-ernaque amicitia obſeratæ ſunt.

Atque ſi Dania ad iſtas auſtrales tes, & terminos, parum naturæ eficio vallata alicui videbatur: hac , ab omni hoſtili metu, tutiſſima fa- modo eſt.

Eo ante multos annos reſpexiſſe Da-am Heroinam Margaretam, fæmi-rum illuſtrium prudentiſſimam, is non videt? Ea cum eſſet trium gnorum domina, Gerhardo Comiti lſatiæ, Ducatum Sleſvicenſem libe-iter impertita eſt: anno Chriſti ſupra lleſimum trecenteſimum octoge-no octavo. hac tamen lege, ut pro eſtitura impetrata, ſe à regno pen-re, & clientem Daniæ profiteretur. Qua etiam conditione Livoniam ilitibus ſacri ordinis (quos Marianos pellarunt) attribuit, ſed eo nomine, & hi regno Daniæ obſtricti eſſent. d inſtitutum iter proſequamur.

SELANDIA.

Fionia modo dicta, ad Orientem, in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

inclytam Selandorum inſulam in pr
ſpectu habet: quæ ſoli tam patent
eſt, ut quindecim civitatum ſede
duodecim arcium, aliarumque regi
rum capax, trecentorum, item trigi
ta ſex templorum, totidemque paro
ciarum ruſticarum ager ſit. Cujus lo
gitudo, ad octodecim milliaria germ
nica protenditur: duodecim lata pate

Alii quaſi maris terram dici volun
quod undiquaque mari incincta ſ
Alii verius (ut reor) eam ſeminis terra
appellant: eo quod aliis longe pingui
ra, & fertiliora rura habeat. Spon
enim abſque annua ſtercoratione, ſ
getum omnis generis ferax eſt. Cuju
modi agri fruges, & legumina, quæ ſ
naturæ lætamine ſponte proveniun
ſalubriora judicantur, quam quæ ſte
corando pingueſcunt.

Hæc noſtratis Saxonis, nobiliſſin
hiſtorici, patria eſt. Et quidem ta
præſtanti prole digna terra, ob piet
tis promptiſſimum ſtudium. Quo
alia gens ad ſtipem ſcholarum ſacro
rumque munerum uſibus erogan
dam Selandica propenſior non ſit.
religio piorum eleemoſyna paſſim flo
rens teſtatur: & doctorum virorum
collegium, reditibus amplum, quo
Roëſchildiæ eſt, comprobat.

Co

Conſentaneum eſt, urbem Roëſchil-
m à Roë Daniæ quondam rege, &
te qui admirandus iſto in loco cer-
ur, nuncupatam eſſe.

Hic editiori loco ebulliens, perennes
larum ſcatebras declivi lapſu emit-
quarum decurſu, ſeptem molendi-
rum rotæ, ſufficienter in gyrum
pelluntur.

Civitatis vero celebritatem, magni-
ntiam, & antiquitatem, multorum
um delubra diruta, regiarum, mo-
teriorumque rudera arguunt.

Inibi etiam Haraldi VI impenſis
ructum eſt ſacrarium magnificen-
imum: in quo multorum potentiſ-
orum regum ac principum buſta
borata conſpiciuntur.

Inter ea Chriſtiani III conditorium
omparabile, vereque Mauſolæum
lendet: quale, & quantum, pari
chritudine, lapide artificioſiſſime
iſo; variiſq; figuris affabre exornato,
n alius quiſquam regum promeruit.

Tantæ celebrationis monumen-
n, tam venuſte & faberrime varia-
n, ut nihil delectabilius poſſit oculis
erri, Fridericus II, parentis cineri-
s ultima pietatis officia meditando,
uxit. Et non patris tantum, ſed &
oſſa ibi recondi juſſit.

Quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Quia autem hic Chriſtianus III
& ſancte Danico imperio præfuit, ſa
ctus Rex haud immerito dictus eſt. C
primus apud nos renaſcentis Eccle
parens, ſacra Biblia patrio ſermo
transferri, typiſque divulgari curav
anno ſupra milleſimum quingente
mum quadrageſimo nono. Cujus
gregii facti, aliorumque quamplu
morum erga patriam beneficioru
memoria, poſteritatis nulla oblivio
extinguetur: ſed eam cuncta ſecula,
bita admiratione proſequentur.

Ejus Elogium præclarum ap
Peucerum extat. Ex poſteritate, inqu
Chriſtiani I natus eſt Chriſtianus I
in quo juſtitiamne prius? bellive lab
rem mirer? Sopitis enim, & ſepul
bellis, reddidit pacem Daniæ, reddi
lucem veræ doctrinæ, reſtituit eccl
ſias, & juſtiſſime in ſumma tranquil
tate regnum adminiſtravit.

Hæc Peucerus, levi quadam ordi
hallucinatione ductus, Chriſtiano
aſcribit: Cujus imperium turbulent
ſimum fuit: ſed tantum Chriſtiano
competunt. Qui poſtquam Regnu
tumultibus Chriſtiani II intricatu
liberaſſet, & adjacentes provincias l
gibus munivit, & charitate inter
conſtrinxit: in ſubditos perbenign
fu

...k in tota vita bonos omnes ſum-
...more proſequutus eſt.
...eno Rex Daniæ, & Norvegiæ, ejus
...nis I, qui totam Angliam, anno
...ſimo duodecimo à nato Chriſto,
...it, ibidem quieſcit.
...obiliſſima dehinc heroina Marga-
...Valdemari III filia, Daniæ, Sueciæ
...orvegiæ regina, bene de nomine
...gnitate populi Danici merita, in-
... ſepultura juxtim condecoratur:
...obiit anno Chriſti 1412.
... multis injuriis ab Alberto Sueco-
...rege ſuperbo provocata, & la-
...ta, eidem coacta manu obviavit:
...s demum exercitu numeroſiſſimo
...ito, regem ipſum captum abduxit
...m: & diademate ejus inſignita,
...m Sueciam ſibi ſubdidit. pugna-
... eſt 21 Septembris anni milleſi-
...recenteſimi octogeſimi octavi.
...Cos adhuc ferreis retinaculis, colū-
...templi Rœſchildenſis, in perpe-
...m rei geſtæ memoriam affixa eſt:
...m idem Albertus, tanquam munus
...tumelioſum, in ludibrium, & op-
...brium muliebris ſexus, reginæ, ut in
...errum & arma ſua acueret, è Suecia
...Daniam tranſmiſit. Quæ ignomi-
...d brevi poſt in proprium ipſius ca-
...t redundavit: dum in cuſtodia ſe-
ptennium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ptennium eſt retentus : unde ſe in
ti pecunia redemit, anno Chriſti
Nam poſtquam vadimonia co
tuta eſſent, ſex mille talenta arg
defæcati cum regina paciſcitur.
pignoricapionis loco civitates, *L*
cam, *Tornaum*, *Sondium*, *Elbing*
Gripsvaldam, & *Dantiſcum*, acc
Hæ pro Rege dimittendo, *Holmiæ*
corum, vicariam fidem ſuppoſuer
Regina vero hac victoria repor
triumque borealium regnorum
pliſſimorum dominium adepta,
dem firmo ſocietatis nexu conju
à quo ſi factioſa molitione Sueci
receſſiſſent, ſed unita tria regna
duraſſent, eorum potentiam null
ges ferre, nulli populi infringere
nuiſſent. Verum ea defectio p
multorum malorum fomes fuit; &
cendia utrique genti pernicioſa
tavit. Quieſcere enim cum neq
illa gens, (quietis impotentiſſima)
gentis imperii Danici pacem & oc
quieſcere etiam minime paſſa eſt.
que dum illi ad aſſerendam liberta
amiſſam, omnem adferunt conat
hi ad omne temporis momen
bella priſtina renovant: acquiſit
imperii jus conſervare nituntur. V
bellorum ſemine non deficiente, c
id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Regnum tanquam incerti juris al-
iter populus certatim ſibi vendicet:
ctum eſt, ut & immania inter ſe
a foverint, & à belli præparationi-
, mutuiſque conflictationibus per-
o interquieverint.

Alibi etiam in hac inſula, Reges, &
ginæ, reguli, comites, mulieresque
enui ſanguinis, ſepulchreta ſua ha-
e præoptarunt.

n cœnobio Sorenſi ſepulti ſunt Re-
tres, Regina una, Regia puella una,
mitiſſa una, Senatorii ordinis viri
inti quatuor. Nobiles quadraginta
as.

Ringſtadii vero reges quieſcunt:
ldemarus I. qui Varinburgi obiit
no Chriſti 1182. Canutus Valdemari
lius. moritur 1202. Valdemarus II,
ldemari I filius, Legiſlator. vita fun-
s eſt 27 Martii, anno 1241. Valde-
rus III, filius Valdemari II. qui ve-
ioni intentus, caſu fatali, per igno-
tiam baliſtarii interiit. Ericus San-
s, Valdemari II filius: qui decimo
perii ſui anno proditorie cęſus eſt a-
d Sleſvvicum, (uti ſuperius diximus.)
us cadaver ibidem à religioſis primū
ræ mandatum: poſtea *Rinſtadium*
latum eſt. fatalis ipſi dies 9 Auguſti
t, anno Chriſti 1250. Ericus VIII,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſilius Erici regis, cæſi in Finderup[illegible]
Marſtigio, & ſepulti Viburgi. mig[illegible]
vit hic Ericus VIII è vivis 1319. Bi[illegible]
rus Rex Sueciæ, qui humanis re[illegible]
ſubductus eſt anno ſalutis 1321.

Præterea generoſiſſimarum he[illegible]
narum, ibidem glorioſum filii Dei [illegible]
ventum expectantium, nomina ſ[illegible]
hæc: Sophia filia regis Sueciæ, [illegible]
naturæ ſatisfecit anno Deiparæ vi[illegible]
nis 1198. Rigiſſa, Erici regis Sueci[illegible]
xor: quæ vita ceſſit anno poſt na[illegible]
Chriſtum 1210. Margareta Dam[illegible]
regis Bohemiæ filia, vitam cum m[illegible]
commutavit 1213, 27 Maji. Beri[illegible]
ria, Regis Luſitaniæ filia: quæ v[illegible]
lethi calcavit anno Chriſti 1220. I[illegible]
nora, filia regis Hiſpaniarum : [illegible]
vitæ diem ſupremum clauſit 13 M[illegible]
anno 1231. Agneta, filia Alberti M[illegible]
chionis Brandeburgici: quæ lu[illegible]
caſſa, vivere deſiit 1300. Engelbu[illegible]
filia Magni Regis Sueciæ: quæ [illegible]
terreſtris penſum adimplevit 5 A[illegible]
lis 1319. Margareta, uxor Birgeri R[illegible]
Sueciæ, & filia Erici Regis Danor[illegible]
cognomento Glepping: quæ expir[illegible]
2 Martii, anno ſalutis 1341.

Sed ut unde digreſſa eſt oratio [illegible]
deat; Ad Subſolanum civitas Ha[illegible]
eſt, regni Metropolis: nomen à pe[illegible]
na-

uticoque conceſſu commmodiſſi-
o trahens. Hic armamentarium Re-
i eſt, & regiæ claſſis promptuarium
nni bellico apparatu abundans.
Extruuntur primum hoc in loco, ab
ſolone cognomento Snare, prima-
Sueciæ, Epiſcopo Roëſchildenſi, at-
e Archiepiſcopo Lundenſi, tugurio-
piſcatoria, quæ de ſuo nomine *A-
lbuſe*, id eſt, domos Abſolonis ap-
llavit, circa annum Chriſti mil-
imum centeſimum ſexageſimum
tavum.
Hic Academia inclyta eſt. Cujus
ndamenta glorioſum eſt Chriſtia-
m I poſuiſſe, anno 1474. Sed ma-
gloria Chriſtiano III, qui eam au-
t, & ſtipendiis locupletavit.
Maximum vero, & immortale de-
s, Friderico II ante omnes tribuen-
m: qui eam omnibus modis ſtudio-
s exornavit, & ampliavit: tum nu-
ero profeſſorum, tum eorundem
pendio adaucto, anno Chriſti 1569.
Propriis præterea & perpetuis im-
nſis, centum bonæ ſpei adoleſcen-
, ex omni ſtudioſorum frequentia
ctos, Seniorumque Scholæ examini
bjectos, identidem alit. Vnde ceu
nte ſcaturiente, feliciſſimorum inge-
iorum rivuli, Eccleſiæ, & reipublicæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſalutares, per totum regnum noſtru
emanant.

AMAGRIA.

Ad orientem adjacet Haffniæ in
la Amagria, ſex millia paſſuum lo
ga, quatuor lata, omnium fæcund
ſima.

Hæc civitati, negociatione & co
curſu hominum celeberrimæ, res a
mentarias ſcaphis importando, co
die ancillatur. Referta eſt hæc inſu
Mattiacis, qui ad rem attenti, & lu
cupidi, omni tempore bona ſui a
civibus communicant.

HVENA.

Verſus aquilonem eſt inſula Huen
in mari Balthico ſita, ad longitud
nem 35 graduum, & latitudinem
porrecta. Quæ pari propemodum ſp
cio diſtantes terras, Scaniam, & Sel
diam, utrinque habet. Et vere ma
Balthici, plus hoc loco quam aliis co
rivati, nobili porthmo ſpectabilis: du
freti natura coarctati, medias aqu
inter utramque aridam, urbeſque
cus, oſtentet.

Exigua quidem terræ moles hæc
ſula; at rerum ingentium, & ſub
mium, gloria illuſtris, maximeque r
bi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

is. Nam in ea (quia Mathematicis
ſervationibus admodum oportuna
a eſt) liberalitate Friderici II perpe-
o encomio digniſſimi, Nobiliſſimi
tem viri Tychonis Brahe, Domini
Knudſtrup, ac Mathematici peritiſ-
ni induſtria, alacrique ſtudio, Schola
tronomica, & Meteorologica, in Ar-
Vraniburgi fundata eſt, ad artem
am divinam, obſervationibus miri-
is & inauditis emendandam, ac ſuo
co & honori tandem aliquando re-
tuendam.

Viceſimo Martii, anno 1590, vidit
nc inſulam, cum ſuis proceribus,
reniſſimus, & literatiſſimus Rex
otorum Iacobus VI. ubi nova, ad-
irandaque inſtrumenta aſtronomi-
conſpexit: ea ut unice miratus, ita
rum & præſidem artis arciſque
urimum dilexit. Sublatis enim ma-
bus acquievit, & aliis omnibus uſ-
am viſis delectari, hiſce vero ſupra
odum ſe tangi, inque admirationem
pi confeſſus eſt.

DE ARCE CHRONE-BVRGO.

AD latus maritimum exſplendeſcit *Chroneburgum*, caſtrum munitiſſi-
um, & inexpugnabile: arx ſane

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

magnificentiſſima, ex lateritia fac
marmorea, ſumptibus maximis F
derici II: quadrati lapidis artificio
compage congeſta, & mirabili ſtruct
ra abſoluta, 1584.

Primum enim molem lapideam,
ipſo littore, ante arcem coacerv
juſſit: quam trabibus maximi robo
contextis, ſudibuſque tranſverſis,
cratibus firmiſſimis connexis corr
boratam, fluctibus opponi fecit: c
Saxa immenſi ponderis alia, ſuper al
grandioribus, ad ſtabiliendum ope
pulcherrimi fundamen injecta ſur
ne, ut antea opificum incuria, und
rumque frequentiſſimis, & violentiſ
mis latratibus lambentibus, id deh
ſcat, & fatiſcat.

Habet hoc caſtellum aliud in adve
ſa ripa *Scaniæ*, quod *Eltzeburgum* a
pellant. Vtrobique ſane bellicarum m
chinarum vis ingens, hinc & illinc,
concutiendum naves, furtim & ſi
venia præternavigare, debitumq
portorium ſubtrahere conantes, l
cata.

Nam hoc in loco, naturæ benefici
ad id præparato, pro mercibus ult
citroque exportandis, rurſumque i
vehēdis, aliove tranſvehendis (ſi mo
quis navigationem inſtitutam ſecu
abſo

ſolvere velit) reddenda erit ratio. i ſecus faxit, capitale eſto: Et bona antacunque fuerint ſubtracta con- antor.

Velificantes igitur, dorſumque an- ti maris hac calcantes, quocunque verint, ſive in Luſitanos, vel Hiſpa- s, Gallos, Britannos, vel quaqua rſum curſum direxerint, anguſtas rthmi fauces, utrumque caſtellum erlabentes, intrare coguntur, & por- rium ſalis, vini, aliarumque mercium etioſiſſimarum, carbaſis diductis, ndere tenentur. Quibus dimiſſis, ox alii onuſtiores, rationem redditu- catervatim commeant, & volunta- n regis Daniæ præſtolari tenentur. que bono jure, quod pro ipſorum ſa- te, tranſituque ſecuro, regia claſſis rpetuis ſumptibus inſtruatur, & tri- mes per æquora traducantur: ut, icquid piratarum, inveſtigetur, ca- atur, crucique adjudicetur. Ne ſpo- rum lucris guſtatis inducti, prædæ- e dulcedine illecti, majus in poſte- m facinus tentent, quamplureſque nocenter trucident: neve impunita- ſpe, hujus pelagi portibus, tanquam ceptaculo, ſentina piratica abdita de- eſcat, incautiſque inſidias locet.

Ita beneficio Neptuni Danici, mare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

perpurgantis, neminemq; prædonu
elabi permittentis, tuto omnibus ,
ne ſervitutis & mortis periculo tran
mittentibus,ſalvus conductus,quo v
lent, patet. Siquidem opem ſuam co
tra piratarum impios auſus implora
tibus promptiſſime communicat ,
negociatoribus tutiſſimum maris u
ſum conſervando , unicuilibet terr
ſuos cives ſalvos reddit.

Quanquam vero Dania, neque au
reas venas , neque vineta, quibus gl
rietur, natura habeat : ut Arabiæ, H
ſpaniæ, Vngariæ, Italiæ, & German
hoc modo conferri poſſit : profert ta
men, præter alias fodinas metallica
ſuas ampliſſimas opes : & revera ho
maris Balthici oſtio vinifera , & aur
fera, eſt : tam viniſluum mare, quan
aureum flumen poſſidens. Cujus ann
verſariis reditibus immenſis Regi
gazæ, opeſque excreſcentes , Herm
Tago, Pactolo, & Rheno non cedan

Nam quicquid ab aliis, maximo cur
labore, in vinetis, & ſubterraneis per
culoſe quæritur , invenitur, effoditu
igni excoquitur, & aqua minerali diu
tiſſime lavatur : tandemque uſui hu
mano, in formas maſſaſque diffuſum
præparatur : ejus magna pars noſtrat
bus, in mercium acceptarum compen
ſationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

onem numeratur: major regi ju-
ac debita vectigalis penſione exol-
ur.

Laborent igitur alii in fodinis pro-
diſſimis, tetras, & peſtilentes exha-
tones perferentes: In vinetis deſu-
nt alii: Nonnulli unionum piſcatu,
que artibus in colligendo auro, ſe
cerent: Nobis, quia

Paſcitur in pratis, luxuriatque
pecus,

a magnitudine & amplitudine pa-
onis ſuæ, boum pecorumque mul-
dinem ſuppeditant: agri, frumen-
rum ubertatem: nemora ſuos et-
m annuos proventus, & maria co-
ſiſſimam piſcium affluentiam ſub-
niſtrant.

Harum, atque aliarum mercium,
æ quotannis exportantur, juſta
mmutatione & communicatione
a regna ſublevantur: aurique con-
ries, quantum regno ſufficit, impor-
tur. Nam ut mihi Italia ſuggeſſit,

Quas fundit Tagus *aureas harenas,*
Quæ ramenta dat Hermus: *& la-*
pillos
Quos Indus *virides, vel albicantes*
Iactat: quæque ſuis latent cavernis
Terræ viſcera, ſat periculoſis:
His nunc Dania *turget, & ſuperbit.*

Principes Græcorum inſignia habēt aureum vellus, non quod ibi aurea vellera à pecudibus geſtentur: agnum enim inter pecudes aurea clarum fuiſſe coma, vel oves auream habuiſſe lanam, fictum eſt prorſus, ut habent verſiculi:

Nulla unquam pecudes ex fulvo credè metallo
Geſtarunt villos, auricomaſque cutes.

Sed vel quia à vellere plurima vectigalia accipiebant: vel ut hoc ſymbolo, in ſcutis effigiato, ad Argonautarum, avorum ſuorum virtutes bellicas, & clara exempla remitterentur: qui periculoſe, & ſummo cum vitæ diſcrimine, ad inauratam pellem, domum ſecum apportandam, Colchos profecti ſunt, & dura virtutis ope ſuperarunt. Tria lilia Gallus, non ſine myſterio, in geſtaminibus, & ſignis militaribus habet. Auream aquilam exercitui ſuo, Orientis ſignifer, præfert. Fuſcam vero, bicipitemque Occidentis imperator geſtat. At Daniæ, & Septentrionis Regi, ex trimari Balthico, in has terras ſe triplici incurſu immittente, & Gothiam à Fionia, Fioniam à Selandia, Selandiam à Scania dividente, quædam ſuorum nobiliſſimorū inſignium oriuntur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

oriuntur: tres nimirum cœrulei coloris Leones. Eo quod mare hoc, motibus procelloſis agitatum, mirum in modum ſæviat, ac terrorem navigaturis incutiat: non ſecus ac leo torvus, minaxque ſolo aſpectu mortales territat, voce, rugituque conſternit. Quin & mare hoc concitatum, procelliſque intumeſcens, robur, vim, impetum, ferocitatem, & diritatem leoni inſitam proxime repræſentat.

Et ut fera hæc validiſſima, primas in toto agmine obtinens, quadrupedumque genus omne, longo poſt ſe relinquens intervallo, fætum unice diligit, tuetur: cætera bruta, maxime vero inimica, ſine negotio proſternit nobilemque iram gerit: ita hoc mare, facile omnium præſtantiſſimum, Danis munimentum, brachiis extenſis alveiſque ſuis profundiſſimis hoſtes ſe intuentes terret, & regni vires circundat: ejuſque inſulas quamplurimas, quaſi cingulis redimitas, cingit, tutaſque ab hoſtium incurſionibus & latrociniis conſervat: haud ſecus, ac pia mater infantulum ulnis ſuis amplectitur: vel quomodo virginem baltheus precioſus condecorat. Vnde & mare Balthicum nuncupatum eſt.

Piſces etiam in hoc mari delicatiores capiun-

capiuntur, quam in aliis Danici freti partibus. Etenim non ita fluidi, aut molles, ſed ſolidioris carnis ſunt, ut non facile corruptionem admittant. Ergo pluris multo haleces Balthici maris æſtimantur, quam Lymici, vel alterius ſinus, & ab exteris avidius expetuntur, cariuſque coëmuntur.

Sed hactenus de mari Balthico: in quo complures inſulæ ad Meridiem ſparſæ jacent. ut ſunt: Mona, inſula rotunda, una Nomarchia, unaque civitate Stegoa celebris: *Mönſlandt*. Promontorium juxta eam expanditur, quod Danice *Mönsklinthe* dicitur. Daniçholmia, *Danmarchisholm*. Stineſum, *Stineſz*. Vigeneſum, *Vigeneſz*. Aggeroa, *Aggeröe*. Ommia, *Omöe*. Egholmia, *Egholm*. Thuillumoa, *Thuillomöe*. Sprova, *Sproffüe*. & aliæ.

Verſus Septentrionem extructum eſt *Friderichsburgum*, arx, ab *Hermolao Trolle*, equeſtris ordinis viro nobiliſſimo, rerumque maritimarum, in bello adverſus Suecum geſto, ſummo præfecto, in loco omnium amæniſſimo primum condita: quam poſtmodum Fridericus II, loci amænitate inductus, exquiſito quodam apparatu adimplevit, & coronæ ſubjecit.

Regiæ pietatis zelus ſingularis, hoc loco

loco abunde declaratus, haud præter-eundus eſt. Qui intra ſuperbas caſtelli portas juventuti ſtudioſæ Scholam condidit, omnibuſque neceſſariis ſempiterno decreto providit. Vt non tam Marti bellicum propugnaculum, quam Minervæ caſtrum umbroſum erexiſſe cenſeatur.

Mirum dictu, cum alii canes venaticos, ab extremis terris quæſitos, potius alant, phaleratoſque equos, & greges peſſimorum aſſentatorum ſibi abblandientium, pluris quam Scholaſticum faciant: quod hanc Scholam Regia M. bono conſilio, ad cænobium Sorenſe, locum ſtudiis magis ſalubrem & opportunum, poſtea transferri curaverit: & cum numerum docentium ac diſcentium, tum eorundem reditus & ſumptus anniverſarios auxerit.

Neque vero erga hanc Scholam ſolummodo beneficus fuit: ſed omnes alias quotquot in omnibus civitatibus regnorum & ducatuum ſuorum poſſedit, mira benignitate fovit, & ampliſſimis ſalariis liberaliſſime ornavit.

Novit enim, regalius eſſe addere, quam adimere. Quin etiam, quod admiratione dignum eſt, regios agros, ubi ubi paſſim colantur, decumanos

eſſe

eſſe permiſit: & miniſtros verbi a
omnibus ſecularibus oneribus imm
nes eſſe, exemplo majorum mandav
Qua ſua propenſa munificentia ſubd
tis, alioquin divina lege ad juſte de
mandum obſtrictis, exemplum reliqu
omneſque erga divini verbi miniſt
rium ad gratitudinem invitavit: Na
ut venuſte Paterculus dixit, *Facere r*
cte cives ſuos Princeps optimus facien
docet. Hoc encomium non ad adu
tionem, ſive gratiam regis (quod le
tatis eſt) ſed ἀκολακεύτως ex merit
& debito, in virtutis ſempiternum te
ſtimoninm ipſius majeſtati ferimus. I
hiſce raris, & maximis ſancti regis o
namentis, plura nunc dicere ſuper
ſedebo.

Reſtat nunc, ut è *Selandia*, in *Sca*
niam pervagandam, demum ſo
vamus.

SCANIA.

Inſulæ *Selandorum*, quam modo pe
ſtrinximus, ad ortum, quæ *Scania* dic
tur, adjacet: cælo & ſolo læta: agroru
fertilitate, pinguedine, & ubertate
mnibus aliis facile antecellens; ut e
nomine gloriam & coronam reliqua
rum eam haud male quis dixerit.

Quæ quidem natio *Scaniarum*
olin

lim in duos magnos ducatus diviſa, inc *Hallandia*, iſthinc *Blekingia*, viinti quinque miliaria germanica in Orientem extenditur. Quibus partibus, velut pedibus, ſeu cruribus lato ejunctis ſpacio: uno quidem ad ortum, *Sueciæ* confragoſos limites calcitrat: altero verſus aquilonem *Norvegicos* præruptos aſperoſque fines attingit.

Ad boream inſulas has proſpicit: Sederoam, *Sederöe*, Suederoam, *Suederöe*. Ad ſubſolanum inſula *Santhamera* erigitur.

Diſterminata eſt hæc terra *Scaniæ* in præfecturas viginti tres.

In univerſum vero, cum dictis duabus ſuis partibus maximis, *Blekingia*, & *Hallandia*, quarum illa tres, hæc octo Nomarchias continet, tam late prominet, ut quindecim civitatum altrix, & ſexcentarum quindecim parœciarum ruſticarum mater ſit.

In *Hallandia* inter alia munitiora loca arx *Variberga* celebris eſt: in cujus obſidione poſtrema, duo præſtantiſſimi duces, non ſine ingenti Regis noſtri totiuſque exercitus mœrore, occubuere. Daniel enim Rantzoviorum gloria, pila ænea in faciem adacta, expiravit. Sicut & Danorum fortiſſimus heros, Franciſcus Braachenhuſius,

equi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

equitum magiſter ſummus, crus d
trum globulo venenato ſaucius,
tis conceſſit, anno ſalutis milleſi
quingenteſimo ſexageſimo nono.

Archiepiſcopus regni, quonda
ſuarum rerum bene ſatagens, ele
ſibi *Lundiæ Scaniarum* ſedem: qu
commodiorem, ac convenientiore
locum nuſquam obſervaſſet.

Quanta vero ubertate ſit, & qua
copioſe fruges ferat, ex duratione d
cennis belli *Suecici* liquet. Quo ter
pore quanto hoſtibus vicinior, tan
infeſtius commota, acerbiuſque qua
ſata eſt.

In ambiguo ſane poſueris, utru
incolæ plus commeatus pabulorun
que proprio militi, tam pedeſtri, qua
equeſtri, diuturno hoc bello impend
rint? an hoſtes prædas agentes, terr
hujus limites, præſidiis interdum v
cuæ, tranſgreſſi, plus boni diripuerint
Haſce difficultates, victoriç aliquot ce
lebres, in hiſce plagis à Danis acquiſ
tæ, lenierunt, & evicerunt. Qui impa
ri licet manu, & ad *Helmſtadium*, &
Falchenbergam, cum *Suecis* Danorun
paucitatem contemnentibus congre
ſi, feliciter dimicarunt.

Ad *Falchenbergam* belligeratum e
in campo *Agſtaldenſi*, anno milleſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

mo quingenteſimo ſexageſimo quinto. Quo in loco ſex millia Suecorum fuſa eſſe narrant. Ego autem à ſtrenuo viro, qui eo die ſtationem ſuam fortiter tuebatur, didici longe plura eſſe proſtrata.

Verum, utut ſe res habet, præclara ſane iſta Danorum fuit victoria. Signa enim militaria, & vexilla in acie quam plura, omniaque ænea πεδιακὰ ὄργανα (quæ carthonos, & campeſtres ſerpentes appellant) eo die adverſum noſtros producta, numero ſcilicet quadraginta octo, intercepta ſunt: ſique noctis interventu non evaſiſſent reliqui diſperſi Sueci, omnes ad unum deperiiſſent. Pugnatum eſt enim fortiter, donec nox prælium dirimeret.

Oratio, habita ſub adventum hoſtium, à nobiliſſimo, & fortiſſimo duce, Daniele Rantzovio (cui exercitus Danici adminiſtratio commiſſa fuit) tanto eſt notatu dignior, quanto religioſior. O viri, inquit, fortes, alacres conſurgite, pugnemus hodie pauci adverſum multos promptiſſime: ad certamen ſtudio vincendi acriter properemus: pro patriæ legibus, regis incolumitate, conjugum, & liberorum ſalute, contra impreſſiones hoſtium,

frontę adverſa, cautibus rigidiores
acie ſtemus: & majorum veſtigiis in
ſtentes, genti noſtræ ſempiternam gl
riam paremus. A rege ſiquidē præm
quæ meremur, propéſe reportabimu
à Deo certam, lætamq; victoriam co
ſequemur: quę non in numero milit
ſed in fiducia & pietate erga Deum ſi
eſt. Cujus voto religioſo feliciſſim
& proſperrimus eventus actutum r
ſpondebat: victoria enim iis de cœlo
ſinum quaſi delapſa eſt.

Sæpe etiam alibi, & præcipue a
Helmſtadium (oppidum *Hallandiæ*
multis impreſſionibus fruſtra à Sue
tentatum) devicti ſunt. Vbi regia
Danorum fulgentibus armis uno a
que altero prælio exſplendeſcens, mi
tes præſentia, voce, & alloquio firm
vit, palmamque obtinuit. Sic tande
elangueſcebant hoſtes, ut aperto Ma
te, collatiſve ſignis, cum noſtris man
conſerere auſi non fuerint.

Locorum difficultates, duroſq
calles, virtute eluctatus eſt exercit
noſter, incredibileſque labores for
animo ſuſtinuit, quando cavarum
viarum anfractus penetrare, & angu
ſtias præcipitiis præruptas, per arcta
ſemitam, & ſcabram viam alpiu
inacceſſarum, in terra hoſtili, ſine o

dir

line præterire neceſſe habuit: ibi no-
trum militem itineribus feſſum, ar-
miſque gravatum, ab alto adorti ſunt,
variaq; crudelitatis exempla ediderunt.

Tandem ad pacem ſarciendam mo-
ti, per deprecatores ſuos, munera ma-
gna pollicendo, paciſque conditiones
quaſlibet non detrectando, belli anci-
pitem aleam, incertamque fortunam
ſubire periculoſum eſſe comperere.

Atqui Ericus Suecorum rex poten-
tiſſimus, ſuſcepto hoc bello, nulla in-
terveniente juſta cauſſa, in miſeriæ pe-
lagus ſe demiſit, ſed non eduxit: Ler-
namq; omnium malorum in ſubditos
effudit: qua regnum ſuum multis cala-
mitatibus involvit, ſe ipſum inextrica-
bilibus malis implicuit, tandemq; ma-
gna ærumnarum mole oppreſſum ſo-
lio dejecit.

Atque hæc ab occidente, in ortum
progrediendo, maximæ partis Daniæ
vera demonſtratio eſt: à qua, quam
longe aberrarint Crantzius, Munſte-
rus, & alii, ob cauſam prius dictam,
æquus Lector facile judicabit.

Reliquæ inſulæ ulteriores, & pro-
vinciæ quam plures, deviæ, & ab hoc
ordinario tractu ſemotæ, regno tamen
ſubjectæ, famulantium loco reputen-
tur. Quarum præcipuæ ſunt hæ:

GOTLANDIA.

Antiqua Gotthorum ſedes, vigint milliaria Germanica longa & ſex lata terra fertilis, & pecudum paſtion pinguis.

Arcem unam, civitatemque uni cam, & antiquiſſimam, Visbojam ha bet, olim emporium diverſarum gen tium confluxu illuſtre, & pretioſi mercibus tota Europa decantatum Templa centum, totidemque rurale eccleſiæ in ea numerantur. Divertigia & portus navium undecim.

In ea ſpecus ſuperne fornicatus, & concavitas deorſum petroſa, terribili valde dicitur eſſe : cujus intraneo meatus, & tenebricoſos receſſus, ad finem nullus unquam greſſu expiſca ri potuit.

Ad hanc inſulam valida tempeſtat jactata eſt Danica claſſis, anno 1566 Quæ dum ſuam Prætoriam tituban tem, & curſum tenere non valentem ad littus Nomarchiæ *Steffnesharret* amplius ſabullare cogitur, à curſu re tardata eſt. Poſt aliquot vero dies Sue cicam fugientem hucuſque inſecuta cum imperioſi æquoris fluctibus re luctabunda conflictans, obniti ta men contra non valuit, neq; anchoris

utu

tut tenacibus infrænata, hærere ſuſ-
tinuit.

Amiſimus igitur cum Prætoria, qua ſola duo millia armatorum vehebantur, decem alias munitiſſimas naves, tormenta quam plura, maximamque navalis exercitus partem, circiter octo millia hominum. Sic quo trahit fortuna iter intendendum, ut Virgilius cecinit:

Mutati tranſverſa fremunt, & veſpere ab alto
Conſurgunt venti, atque in nubem cogitur aër.
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum
Sufficimus. ſuperat quoniam fortuna, ſequamur,
Quoque vocat, vertamus iter.

Epiſcopum huic inſulæ Fridericus I primus præfecit; & alios in ſempiternum præficiendos, liberali ſalario conceſſo, ordinavit.

BORINGIA.

Inſula famoſa, ad ſubſolanum (Sudoſt) in mari Orientis ſita. Cujus longitudo ſeptem milliaria Germanica protenditur, duo lata patet.

In quatuor Nomarchias partita eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Arcem unam habet, quam Har-
mershuſium appellant.
Civitatulas tres poſſidet: Nexoam
Nexe. Rundeam, *Runde*. & quam C
lorum Paludem vocant, *Suannekier*
Ad Septentrionem, inſulas Nord
holmiam, & Tunetam ſuſpicit.
Huc etiam ſpectat *Oſilia*, bona L
voniæ pars, *Oſel*, ubi Regia arx *Orn*
burg.
Curlandia *Curlandt*. nec non re
quæ terræ, quarum mentio antea
deſcriptione *Sunderjutiæ* facta eſt.
Vt interim vaſtiſſimi regni *Norv*
giæ. item ampliſſimarum inſularum,
ſunt *Faroa*, *Iſlandia*, *Grunolandia*, nu
lam prorſus mentionem faciam. Qu
cum à noſtro climate, ultra arcticu
circulum protenſa, remotiſſime lo
giſſimeque diſtent; & multa mirabi
ſupra vulgarem humanarum reru
curſum in iis conſpiciantur: relinqu
doctioribus,& peritioribus hunc lab
rem; qui vel ab oculatis teſtibus
hiſce pleniorem cognitionem perc
pere; vel ipſimet ſolertius hæc lo
perluſtravere. Nam teſte Flacco,

Segnius irritant animos dimiſſa p
aures,
Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fid
libus.

Vnicu

Vnicum tamen documentum de ad-
miranda viciſſitudine ortus atque oc-
caſus ſolis in Norvegia adjiciam.

Quando ſol æſtiva ſigna parambu-
lat, & tropico Cancri vicinus eſt, defi-
nitis finibus lumine non deficit: Sed ab
eo tempore, trium menſium ſpacio,
tenebrarum involucris non abſcon-
ditus, pernox, longe lateque collucet.

Rurſus vero in oppoſita anni parte,
quando viceſimum octavum Scorpii
gradum occupat, donec ad viceſimum
ſextum Capricorni progreſſus fuerit,
non conſpicitur: hoc eſt, ab undecimo
Novembris, ad ſextum, vel ſeptimum
Ianuarii prorſus occultatur, diurnæ-
que lucis uſum denegat.

Quo tempore illa Septentrionalis
Norvegiæ plaga, ſole viduata, & tene-
bris quaſi involuta ſtupet, & homini-
bus ibi commorantibus mæſtam ina-
mænamque diei faciem commonſtrat:
Donec rurſus ex latebris, atque angu-
ſtiis rediens, tanquam denuo renatus
in augmenta porrigitur, ſeque altius
evehens mortalibus reviviſcit.

Idem apud Pictos & Britannos con-
tingere, Aubanus Bohemus affirmat.
Et Cæſaris libro quinto commenta-
riorum belli Gallici ſententia huic con-
ſonat. Qua ſub Bruma in inſulis Bri-

tannicis dies triginta continuos eſ
noctem aſſerit.

Idem Tacitus in vita Iulii Agricol
comprobat: ubi in hunc modum l
quitur:

Dierum ſpacia ultra noſtri orb
menſuram, & nox clara, & extrem
Britanniæ parte brevis, ut finem a
que initium lucis exiguo diſcrimir
internoſcas. Quod ſi nubes non off
ciant, aſpici per noctem ſolis fulgorem
nec occidere, & exurgere, ſed tranſir
affirmant: ſcilicet extrema & plar
terrarum humili umbra non erigur
tenebras, infraque cælum & ſider
nox cadit. Videatur etiam Mela d
Scythia lib. 3.

Sed hæc orationis inſtitutæ materi
propria non eſt. Quare filo abrupt
vela mihi contrahenda ſunt. Nam nu
dam hanc, & ſuccinctam Daniç deſcri
ptionem exhibere, hoc tempore volui
ut vel inde non modo noſtrates, ve
rum etiam exteri amplitudinem Re
gni perſpiciant: atque imperii Dani
ci majeſtatem intelligant. Cujus par
tium numerus, magnitudo, ac in plu
rimis donis divinitus conceſſis copia
& varietas, ampliora & maiora ſunt
quam ut preſſo hoc ſcripto, ut par eſſet
exponi queant.

Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Nam quoquo verſum circumſpexerimus, occurrunt ea, quorum nomine regiones laudari ſolent: & res multiplices ſe offerunt, quas merito admiremur, optimoque jure prædicemus.

Cœli temperies, una cum ſalubritate aëris nos blande refocillat.

Volucrum ſuaviſſimus concentus recreat.

Sylvarum umbræ nos tegunt, nemorumque varia materia oblectat, calefacitque.

In quibus etiam porci innumerabiles oberrando, nunc glandibus quercinis, nunc fructibus faginis ad voluptatem ſaginantur.

Multiformes ſimulatq; animalium ſpecies, & florida prata ſpecioſis decorata herbis delectant.

Terræ ubertas variis fructuum generibus nutrit.

Mare dives tot piſcium examina proferens, affluentia ſua, ut penu conſertiſſimum, nos cum magna Europæ parte alit.

Et quo ad vitæ uſum omnino carere nequimus, natura nobis minime invidit.

Porro ut Hercyniæ ſaltibus, Rhenoque flumine Helvetia gaudet: Italia intra excelſos & inacceſſos alpes deli-

reſcit. quibus non modo à Gallia, Germania dividitur: ſed & ab incurſionibus tuta ſervatur. Hiſpania Pyrenæis montibus munitur, & Bohemia Sudetis acuminibus cingitur: Ita Daniæ ocium (poſt Deum) Oceano Danico, & mari Balthico tribuimus.

Ejuſmodi mœnibus validiſſimis, circumſeptis, foſſisq; profundiſſimis circumfuſi reddimur ſecuri; & hoſtes ſine negotio, hiſce periculoſiſſimis promontoriis ab aditu patriæ noſtræ dulciſſimæ terrentur, prohibentur, arcentur.

Atque ita Dani, providentia, & beneficio Dei Zebaoth, in pacis ſinu otium gratum captantes, tranquillo imperii ſtatu perfruuntur.

VI.

DANIAE REGNI POLITICVS STATVS,

Quinque ſunt Status ſive Ordines totius Reipublicæ Daniæ.

PRIMVS, eſt Regis familiæ. *Secundus*, Nobilitatis. Sed ſciendum, inter Nobiles hos, nullos eſſe Comites aut Barones: ſed omnes longa ſerie majorum nobi-

nobilitatem demonſtrare poſſe. Clypeos geſtant ſimplices, quos mutare aut augere, dedecori eſſe antiquitati illorum putant.

Vivunt adhuc nonnullæ Familiæ, quæ adfuerunt tractationi inter Carolum Magnum & Hemmingum Danorum Regem ſuper Eidoram fluvium factæ, ut *Vren* & alii. Hi poſſident ſua bona cum minori ac majori ſive capitis jurisdictione: liberam etiam habent venandi aucupandique poteſtatem in ſuis bonis, quemadmodum Comites in Germania. Bona illorum non ſunt feudalia in toto Regno, ſed hæreditatis ſive allodialia.

Omnia Caſtra, prædia ac bona, tam mobilia, quam immobilia, à parentibus relicta æque dividuntur inter fratres: ad ea ſorores etiam admittuntur ex ſingulari privilegio, ita tamen ut frater duas partes, ſoror vero tantum accipiat unam, filiisq; Arces ac Caſtra cedant. Sic multa prædia ad Primogenitum venire non poſſunt: ſed dividuntur.

Et nonnulli ex bona tamen familia prognati & virtute præditi, poſſunt per matrimonium, Regibus adjuvantibus, ad amplas poſſeſſiones promoveri.

Ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Ex hoc ordine eligunt Senatores R[e]gni, quorum numerus 28 raro exc[e]dit. Senatoribus omnibus decreta h[o]neſta alimenta à Rege & Regno. ſingu[li] enim Arces habent, tantiſper don[ec] Senatoriam obtinent dignitatem, [e] quibus nihil Regi contribuunt, ſ[ed] tantum coguntur aliquot equites al[e]re pacis & belli tempore, &, quand[o]cunque à Rege vocantur, propriis ſum[p]ptibus Regi in Regno præſto eſſe. [illegible] Legati extra Regnum ablegantur, ho[no]neſte illis providetur ex fiſco, ut tan[quam] quam Regii Legati Principum mor[e] in itinere vivere poſſint. Reliqui No[bi]biles etiam habent ſuſtentationem ho[no]neſtam à Rege, ſive in aula Regia vi[vant], vant, ſive ab ea diſcedant. Nam ha[bet] bet Rex prædia, quæ Danico idiomate *Verlehninge* ſive beneficia vocantur. His providet bene de ſe regnoque meritis, ad vitam aut aliquot annos. De his coguntur alere aliquot equites & fiſco certam pecuniæ ſummam ſingulis annis dependere, eo tamen modo, ut pro labore & propriis ſervitiis etiam aliquam parrem lucri accipiant.

Eſt etiam ſalutaris conſtitutio in Regno Daniæ, qua Rex bona immobilia prohibetur emere à Nobilibus, ob eam cauſam, ne aliqua diſſenſio inter Regem

m & Proceres Regni oriatur. Rex
im alioqui poſſet quædam loca ca-
re, quæ Nobiles vendere nollent.
oinde per hanc conſtitutionem huic
i à Proceribus Regni optime provi-
m eſt. Licet tamen Regi permutare
ona cum Nobilibus. Contra nobiles
ulla bona poſſunt emere à Regiis ru-
icis. nam aliqui ruſtici habent bona
ereditaria & fere libera.

Ex hac nobilitate eligitur præfectus,
ve Magiſter aulæ. Hoc officium fere
t tale, cujuſmodi Major domus in
allia. is enim plerumque reſidet Haff-
iæ, tanquam Vicarius regius, & diri-
it res à Rege ad ſe deſtinatas.

Deinde Mariſchalcus tempore belli
c pacis ea quæ ad expeditiones perti-
ent procurat. Admiralius naves ędifi-
at, veteres reſtaurat, & ſingulis annis
a ordinat, quæ ad tutandum Ocea-
um & res nauticas pertinent. Habet
c is ſub ſe conſtitutum adhuc alium
Admiralium, & in ſingulis navibus
ræfectum ex equeſtri genere progna-
um.

Cancellarius Regni; ad hunc ex o-
nnibus provinciis ac inſulis appella-
ur; à quo ad Regem & Senatum re-
ni appellatio viciſſim devolvitur.

Singulæ provinciæ diviſæ ſunt in

Hærret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Harret, ut vocant, ſive in diœceſes, ſi
quibus multæ ſunt parochiæ. Ibi p
mum de jure diſputant, ſi rixæ fueri
invicem ortæ. Hinc licet appellare
Iudicem terræ iſtius. Deinde ad Ca
cellarium. Poſtremo ad Regem ac S
natores: ibi finalis ſententia promu
gatur. Habent jus ſcriptum, compil
tum à VValdemaro primo; Epiſcop
ac Senatoribus, Legique naturæ val
congruum, & non multum à Rom
nis Legibus diſcrepans, ſed quo vigo
hujus multo citius lites finem aſſeq
poſſint, lataque ſententia paratam h
beat executionem. Primi judices
iniquam tulerint ſententiam, in dim
diam partem bonorum condemna
tur, quorum Rex capit dimidiam,
læſus ſententia injuſta alteram pa
tem. Senatoribus adhibuit VVald
marus primus (ni fallor) Epiſcopo
quos rurſum Chriſtianus III propt
certas cauſas ac rebellionem amovit.

Cancellarius Regis, qui plerumq
in aula Regem ſequitur, habet ſibi a
junctos VII vel VIII nobiles ſecreta
rios & ſcribas, & omnia negotia tr
ctantur à Rege ipſo. Si autem aliqu
magni accidit, ut de pace aut bell
item de fœderibus ineundis, vel de f
nibus defendendis ſit deliberandum

Con

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

concilium Senatorum à Rege indici-
ur. Nec licet Regi ullum tributum
mponere regno ac nobilium ruſticis
bſque conſenſu Senatorum & Pro-
erum.
Ærarii item Præfectus, qui omnes
otius regni reditus, tam caſtrorum,
uam prædiorum, nec non telonia,
am in mari, quam terra colligit, ra-
iones audit, examinat, inquirit, qui-
antias pecuniam offerentibus reddit.
Hic habet adjunctos duos ex nobilita-
e, & ſcribas multos ex Plebe: pro quo
abore habet annuatim ſtipendium.
Tertius, eſt ſtatus Eccleſiaſticus, in
quo fuerunt Epiſcopi ſeptem, ut Ar-
chiepiſcopus Lundenſis, Epiſcopus Ro-
childenſis, Otthonienſis, Ripenſis,
VViburgenſis, Arhuſenſis, & Sleſvvi-
cenſis, ad quem cæteri etiam Canoni-
ci referuntur. Hi habent decimas in
regno: quæ tamen in provinciis diver-
ſis diverſo modo dividuntur. Dimi-
diam partem decimarum percipiunt
Epiſcopi, dimidiam Rex, aliquam Ca-
nonici & paſtores, pars etiam ad ędifi-
candas eccleſias contribuitur. Et quan-
tum ad Pontificium jus attinet, ſem-
per in hoc regno, quemadmodum et-
iam in Gallia, nominationes & ordi-
nationes prçlaturarum Epiſcopatuum-
que

que à Regibus ad hoc uſque temp
collatæ fuerunt, ut etiam ex reſpon
VValdemari primi Regis Daniæ,
arbitror, quod hic anneꝗere libu
conſtat. Cum Pontifex Romanus
Rege hæc & ſimilia poſtularet, fert
reſcripſiſſe Rex: Regnum habemus
ſubditis, vitam à parentibus, religi
nem à Romana Eccleſia: quam ſi
petis, remitto per præſentes.

Et quemadmodum Caroli Quin
prudens decretum laudatur, quod
poſterum Eccleſiaſticæ perſonæ nu
lam rem immobilem coëmere poſſe
abſque Principum conſenſu: Sic Chi
ſtianus tertius æque prudenter conſ
tuit, ne Eccleſiaſtici aliquid venda
abſque Regis expreſſo mandato. Ali
qui religioſi ſunt optime proviſi
toto regno à Chriſtiano III, piæ me
moriæ: & Scholæ particulares mul
in locis erectæ, veluti etiam in Iſland
duæ, ubi etiam habent propriam ty
pographiam. Vna tantum eſt in tot
regno Academia, Hafniæ. quæ fundat
eſt à Chriſtierno primo, permiſſu Six
Pontificis, anno Chriſti 1478. quan
Fridericus ſecundus, quanquam bel
Suecico ſeptennali erat implicitus, t
men locupletavit, & ejus proventu
ſexaginta millibus thalerorum auxit.

Qua

Quartus Status eſt Civium & Mercatorum, in urbibus ac opidulis habitantium. Hi habent propria privilegia, quibus fruuntur, & his attributi ſunt agri proprii ac ſylvæ limitibus circumductæ. Hi etiam mercaturam exercent in agro & mari in omnibus partibus Europæ. Ex his, quemadmodum etiam ex ruſticorum liberis, eliguntur Epiſcopi, Canonici, Paſtores & Senatores urbium, Scribæ in Caſtris & Arcibus, magiſtri ac gubernatores navium, aliqui etiam horum præficiuntur teloniis. Iudicia omnia minora ex his conſtituuntur, præſide interdum uno ex Nobilitate.

Quintus Status eſt Ruſticorum. Horum duo ſunt genera. Primum vocant *Frybünde*, id eſt, liberi coloni. Hi poſſident agros hæreditarios, paululum tamen inde ſingulis pendunt annis. Hi etiam mercaturam & piſcaturam exercent. Servitiis præſtandis non opprimuntur, nec tributa pendunt, niſi conſentientibus Regni Senatoribus. Alterum genus eſt eorum, qui non poſſident bona hæreditaria, ſed a Rege, Nobilibus aut Eccleſiaſticis perſonis ea cõducunt, & ſervitia multa inde dominis præſtare coguntur, prout cum domino agri convenenerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Hæc fere ſunt, quæ de Politia Dan
ca exponenda mihi fuerunt. Ex quibu
patet, Monarchiam Danicam plerun
que fuiſſe optime conſtitutam, Nob
litatemque liberam electionem Reg
ſemper habuiſſe, attamen ex famil
Regia, ut antea jam dictum eſt. und
hoc commodi conſecutum eſt, ne D
ni inteſtina habuerint bella ac diſſe
ſiones, niſi quæ ortæ fuerunt int
Regiam familiam, quas tamen ci
compoſuerunt, intervetu aliquot N
bilium, præſertim cum Regum fi
nullam capiant Regni partem.

Deinde cum omnes ſint tantum
Nobiles in Regno, & Baronum & C
mitum Ducumque nomina & titul
ignorent, nullus tantis affluit, ut
fiſus ſe familiæ Regum opponere a
deat, eo quod inter filios & filias ſe
per dividitur paterna hæreditas.

In Dania ſumma dignitas eſt Equ
tum, quos ab ornamentis, quæ i
tribuuntur, Auratos vocant: ſed i
nemini niſi tempore pacis & belli l
ne de Republica merito confertur.

Ita habent Reges Daniç optime f
rentem rempublicam: quæ facile
externis hoſtibus defendi poteſt, cu
ſubditi unanimes cum Rege ut na
rali ſuo domino terra mariq; hoſtib
reſiſt

eſiſtere queant. Huic Regno floren-
iſſimo hoc noſtro tempore præeſt
hriſtianus IV: quem ut cum omni-
us Senatoribus & nobilitate totius
egni incolumem Deus Optimus Ma-
imus conſervet, eique tranquillam &
acificam concedat gubernationem,
x animo precor.

VII.

Excerpta Libelli

IONAE ab ELVERVELT

DE HOLSATIA,

Ejusque Statu atque Ordinibus diverſis.

PRIVSQVAM ad conſti-
tutos Ducatuum atque
Provinciarum ſtatus acce-
damus, hiſtorica quædam
generalia de Cimbris eo-
umque origine,antiquitate,augmen-
o atque poſſeſſione,pręmittere operæ
retium erit. Generoſiſſimos enim &
luſtres harum regionum Principes,
obiles ac incolas, poſteros eſſe Cim-
rorum,qui ante ſecula aliquot ex bel-
s in Italia geſtis ſuperſtites manſerunt
incolumes rediere, tam ex recentio-

rum quam veterum hiſtoriographo-
rum monumentis conſentaneum eſt,
quos à Cimmeriis populis ſupra Thra-
ciam eſſe ortos Strabo aſſerit. Memo-
riam autem Cimbrorum millenis ſe-
ptingentenis & ſedecim amplius annis
celebrem in Cherſoneſo Cimbrica ex-
titiſſe, Hiſtoriarum R. Taciti Annales
teſtantur. Qui eodem in tractatu, in-
ter Germanicum Britannicumq; Ma-
ria, non procul à Saxonum oris ad pla-
gas Arctoas conſediſſe Cimbros affir-
mat: ubi videlicet *Iutæ, Sleſvvicenſes,*
Angli, Holſati, Stormari, Wagri,
Dithmarſique populi, noſtra ætate, ſe-
des ſuas habent. Hinc cum bellicoſiſſi-
ma gens Cimbri regna cladibus ſuo-
rum augere potius, quam à majorum
virtutibus degenerare maluerint, auxi-
liantibus Iutis, Anglis atque Saxonibus
(ſub quorum tutelam Cimbri confu-
gerant) cum tribus claſſibus A. C. 44
Britanniam invaſerunt: quam occu-
patam, incolis regionum undiq; pro-
fligatis &, in fugam redactis, pari ſorte
invicem diſtribuere. quod ex venera-
bilis D. Bedæ hiſtoriis colligi poteſt.
Vnde in hunc uſque diem, ut Macro-
bius capite 78 habet, à noſtris Angl.
Britanniæ regnum, quod & ipſi An-
glici hiſtoriographi teſtantur, nome
obtinui

btinuit. Nec Cimbri quoque aliquot
artes ſibi ereptas à Vandalis, Slavis
botritiſque vi & virtute ſua non tan-
um receperunt, verum etiam crebras
oſtium depopulationes, ſedula arcis
lönenſis expugnatione, atque ever-
one terræ Slavorum, ulti ſunt: donec
Vagria, reliquis provinciis adjuncta,
Adolphi II, Comitis Holſatiæ &
chavvenburgenſis, poteſtatem perve-
it, & à ſubditis Slavis erepta eſt.

Fuiſſe itaque bellicoſiſſimam gen-
em Cimbros (qui, Valerio Maximo
eferente, in acie gaudio exultare, tan-
uam glorioſe & feliciter è vivis ex-
eſſuri, in morbis vero, quaſi turpiter
erituri, lamentari conſueverunt) ex
om. Hiſt. Annalibus meridiana luce
larius eſt. Cum enim Papyrium Car-
onem conſulem, in acceſſu interclu-
endo, cum integro exercitu fortiter
roſtraviſſent, à Marco Iunio Syllano
onſule, ut Romani in incolarum ſo-
ietatem ſuſciperent, petierunt, hoc
um negatum ipſis fuiſſet, armis atque
iribus, quod precibus denegabatur,
btinere conati ſunt. Inde à Caii Manlii
& Q. Servilii Cæpionis Proconſ. ætate,
quos cum octoginta militum millibus,
quadraginta millibus calonum lixa-
umque captis, penitus interfecerant,

continuum bellum per 12 annos cu
Romanis geſſere: donec à Mario
quinctum Conſulatum prope Athe
fluvium profligati, ad internecione
deleti fere ſunt. Quicquid vero integr
hiſce 12 annis memoria dignum ab
triſque geſtum ſit, in ſingulari quoda
tractatu à magnifico atque nobiliſ
mo D. Henrico Ranzovio Produ
Regio deſcriptum eſt. Quam ob re
illi poſt acceptam hanc cladem max
me ab exteris, à bellicoſiſſimis vide
cet Danis & fortiſſimis Slavis, exag
tati, progenitorum atque nepotu
VVidikindi Saxonis patrocinio ſeſe tr
diderunt, cui etiam maximas aliquo
ties contra Carolum Magnum tul
runt ſuppetias, teſte Ptolomæo, q
lib. 2, cap. 9, ſupra dorſum Cimbric
Cherſoneſi Saxones habitare ait: Plur
mi etiam, propter varia bellorum p
ricula crebraſque gentium exterarur
incurſiones, locis maritimis ac incu
tis hoſtium feritatem effugerunt, do
nec poſt 50 denique annos, plurimis &
infinitis fere dominorum ſucceſſioni
bus (quod idem magnifici & nobiliſſi
mi D. Henrici Ranzovii Producis Re
gii de Cimbris hiſtoriæ teſtantur) ela
pſis, ad Schavvenburgenſium Comi
tes hæ Provinciæ à Lothario, circa an
num

num Chriſti 1131 donatione pervenerunt. Hinc ab Adolpho II, ope Holſatorum, Obotritis Slaviſque VVagria erepta eſt. Poſt Caroli vero Magni tempora circa A. C. 834 Cimbricæ regiones Chriſtianam demum religionem colere cœperunt: quo tempore Ludovicus Caroli filius Epiſcopalem ſedem trans Albim in urbe Hamburgo collocavit, quod Carolum patrem prius decreviſſe, literæ Ludovici, Aquiſgrani eo tempore datæ, teſtantur. Vnde patet, Cimbros ultra 600 annos Chriſtianæ religioni addictos non fuiſſe. Quæ præterea cum Regibus Daniæ, Dithmarſis aliiſq; regionibus diverſis, bella hi Comites geſſerint, quod nec idem ſemper belli eventus fuerit, paſſim hiſtoriæ de gentibus publicatæ indicant.

Illud tantum de Cimbris reſtare videtur, ut, quicquid ante ſecula aliquot præclare illi pace atque armis egerunt, hoc etiam noſtra ætate eorum poſteris *Iutis* & *Holſatis* honorificum eſſe exiſtimemus: qui non minus bellica virtute togaque civili clari exiſtunt.

Regio autem, quam poſt majores Cimbros noſtra ætate Holſati incolunt, *Cimbrica Cherſoneſus*, ſeu *Nordal-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

bingia appellata eſt. Hoc nomen in
accepiſſe videtur, quod à reliqua vid
licet Germania per Albim fluvium ve
ſus Boream ſeparata ſit. Præſentis tem
poris denominatio non obſcuram or
ginem habet: nihil enim aliud Holſat
nomen, quam nemoroſam colonian
ſeu inter ſylvas conſtitutam habitatio
ne, denotat. Fertilis enim hæc regio, à
inter cæteras, animalium tã agreſtiun
quam domeſticorũ, piſcium, frugum
ſylvarum aliorumque fructuum pro
ventibus uberrima eſt: ex quibus in
gentes quotannis, præter ea quæ ab in
colis ad uſum transferuntur, Princip
& Nobiles viri cenſus ſibi conficiun
Qui eam incolunt, non minus corpo
ris robore atque viribus, quam anim
generoſitate, quibus à majoribus ſu
Cimbris haud degenerant, eximii ſun
Præter alias vero virtutes unica hæc
honeſtiſſima, ita etiam pulcherrim
ſemper viſa ipſis fuit, ut, cui promiſſ
ſeſe obligaſſent, omnino fidem præſt
rent: unde proverbium, *Holſtein glau*
apud poſteros eorum noſtra adhuc a
tate ſedulo colitur & ſervatur. Initium
autẽ Cimbricę hujus Cherſoneſi verſu
meridionalem plagam Billæ fluvii cu
ſibus terminatur. In Occidentali part
Albis fluvius regionem ambit, quam

O

rem Nordalbingi Cimbri ſunt vo-
ti. Trava vero fluvius Balthicum-
ue mare ad Solis ortum ſeſe exten-
dunt. Verſus Boream denique ad Ei-
daræ amniſque Livoldi fluvios termi-
nus regionis excurrit.

Omnis vero Holſatia, quæ abolita
penitus Comitum priſtina denomina-
tione titulo Ducatus ab Imp. Friderico
III, amicitiæ & meritorum Chriſtia-
ni I Daniæ Regis ergo, ornata eſt, in
quatuor potiſſimum partes dividitur:
in Holſatiam ſcilicet proprie dictam,
Stormariam, VVagriam & Ditmar-
ſiam: quibus Sleſvvigæ Ducatus acce-
dit; quem cum in feudum à Daniæ
Regibus Holſatiæ Principes ſuſcipiant,
ſeorſim de eo in ſequentibus agetur.

Holſatia peculiari quadam deno-
minatione tractus ille Ducatuum ha-
betur, cujus à terminis *Chilonium* uſq;
longitudo ad 9 milliaria ſeſe extendit:
latituto autem ab Eidara flumine in-
ter *Hanrovium* & caſtrum *Halii*, ad
Monaſterii oppidum ſeptem fere mil-
liaribus deſcribitur: albumque Vrticæ
folium, rubro in clypeo, à majoribus
inſigne obtigit. Adjacent ipſi Inſulæ 3.
una in mari Balthico *Fimbria* vocata,
quæ Regis Daniæ feudum eſt: aliæ duæ,
in Oceano Britannico ſitæ, ſunt *Bu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſena & *Terra ſancta*. Civitates atq
Oppida haber, *Wilſtriam*, *Rendesbu*
gum, *Chilonium* & *Neomonaſterium*.

Uvagria, quam ſub poteſtate ſu
Slavi quondam detinuere, ea Duca
tuum pars cenſetur, ubi nunc *Segebe*
ga eſt ſita, & *Lubeca* oppidumque *O*
denburgum Travena flumine Oceano
que ad Solis ortum ambiuntur: huc &
alia loca, oris Megapolitanis vicina
referri poſſunt. Ille tractus inter Op
pidum *Oldeſlohe* & pagum *Grotenbroa*
12 miliaria longitudine fere conficit
latitudine autẽ ultra 5 vel 6 non pro-
greditur. Quamvis nulla de hac pro-
vincia Principes Holſati inſignia uſur-
pent, caput tamen bubulum, cum O-
botritorum olim ſub poteſtate fuerit,
ipſi aſſignatur. Continet Civitates &
Oppida: *Lubecam* Imperialem, *Lut-*
kenburgum, *Oldeſlohe*, *Plönam*, *Olden-*
burgum, *Neoſtadium* & *Segebergam*.

Stormariæ longitudo atque latitudo
inter Albim, Billenam, Storam Svalam-
que flumina uſque Travenam flumen
ad 7 milliaria deducitur. Cygnum pro
inſigni rubro in clypeo habet candi-
dum, cujus aurea collum Corona im-
pedit: idque ideo quod hæc Provincia
tota fere paluſtris, maximaque ejus
pars, propter aquæ impetum, vallis
munita

munita ſit. Civitates & Oppida habet: *Hamburgum, Wedelam, Elmehornam, Crempam, Itzehoam* & *Bramſtedium.*

De *Dithmarſia* peculiariter hoc ſciendum eſt, quod videlicet ejus incolæ, ante noſtra tempora, tam proprio quam hoſtium damno confidenter ad libertatem aſpiraverint. Quamvis enim per Fridericum Imp. III Chriſtiano I Danorum Regi in feudum conceſſi ſint: defuncto tamen ipſo inſolentes debitam ſubjectionem detrectare, & proprii ſui juris, ut ante, eſſe cœperunt: Nec exigua cum Daniæ Regum, Comitum Principumque Holſatorum, tum lectiſſimorum etiam nobilium ſtrage, ſervitus aliquoties intentata ipſis eſt, donec à fortiſſimis Chriſtiani I nepotibus Iohanne & Adolpho, atque pronepote Friderico II Danorum Rege, A. C. 1559 ſub jugum ſervitutis redacti ipſi fuerunt. Subactis vero populis in duas partes æqualiter diviſa regio eſt: quarum altera in meridionali plaga Regibus Daniæ, altera autem borealis Holſatiæ Ducibus, poſt diviſionem ceſſit. Hanc *Demerſam* potius, cum inter limoſas locorum paluſtrium lacunas ſita valliſque cincta undique ſit, quam *Dithmarſiam* appellari convenit. Inter Germanicum

Bri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Britannicumque Oceanum cum Holſatia conjungitur: Albi à Meridionali Oceano ab Occidentali, Eidara vero Septentrionali plaga eam alluente. Integra ejus longitudo 8 fere milliarium eſt: Latitudo 5 milliaria non excedit. Illuſtriſſimi Holſatiæ Duces armato caraphracto albo equo inſidente, in ſolo rubro, clypeos ſuos hujus ratione auxerunt. Parochias magnas 21, inſulamque *Buſenam* non procul à freto continet. Oppida habet *Meldorpium*, *Heidam* atque *Lundenum*.

Ex Ducatu Sleſvvicenſi Holſatiæ Principes Regibus Daniæ, à quibus in feudum hunc Ducatum ſuſcipiunt, quoties res poſtulat, 40 idoneos inde equites peditesque 80 ſuppeditare coguntur. Longitudine autem Sleſvvicenſis Ducatus ab Eidara flumine oppidoque Rendesburgo ad 18 milliaria verſus *Coldingam* civitatem ſe extendit. Latitudinem inæqualem habet: quæ tamen incluſis Anglia & Friſia minoribus 8 vel 7 & alicubi 6 milliarium eſt. Inſigia ſunt cærulei duo Leones in ſolo luteo. Civitates & Parochias habet plurimas.

Sicuti autem in reliquis politiis regniſque bene conſtitutis diverſi ſtatus atque ordines conſtituti ſunt:ita etiam in

prædictis noſtris Ducatibus eorum-
ue Provinciis duo Status, ſuperior
imirum & inferior, reperiuntur.

Superior ſtatus in tres ordines diſtri-
uitur; quorum primus Reges atque
rincipes, ſecundus Prælatos, tertius
ero Nobilium familias continet. Ge-
eralis autem horum Ducatuum gu-
ernatio Regi Daniæ, & quos ille con-
ſtituit Produces ſuos, nec non Holſa-
iæ Duci, incumbit. In arduis tamen
egotiis nihil niſi pręcedente omnium
n Holſatia ordinum conſenſu decerni-
ur: inter quos primum locum obtinet
piſcopus Lubecenſis. Quando vero
ommunis eſt deliberatio cum Sleſvvi-
enſis Ducatus ordinibus, Epiſcopus
leſvvicenſis in his principem tenet
locum.

Secundus Ordo duos Epiſcopatus cõti-
net: *Lubecenſem* & *Sleſuvicenſem. Ham-
burgenſis* enim *Bremenſi* ſubjectus eſt.

Capitula habent 5: *Lubecenſe, Ham-
burgenſe, Sleſuvicenſe, Haderſlebienſe*
& *Oitinenſe*.

Abbatiæ in hoc ordine ſunt 7: *Rein-
feldenſis, Bordesholmienſis, Segebergen-
ſis, Arnsböcenſis, Ciſmarienſis, Lu-
menſis* & *Ruenſis*.

Monaſteria item continet 15. inter
quæ 5, *Itzehöenſe, Pretzenſe, Vterſſenſe,*

Sleſ-

Sleſvicenſe & *Reinbeccenſe*, noſtro adhuc tempore Nympharum Veſtalium choris magno redituum proventu celebres ſunt: cæterorum fere uſu ſcholis & xenodochiis impenſus eſt.

Tertius Ordo nobilium eſt, qui arces & prædia ſua in his Ducatibus pleno jure ac dominio, quemadmodum Comites in reliqua Germania, cum venationibus, aucupiis atque piſcationibus libere poſſident. Etſi vero nulla illorum prædia, utriuſque generis feuda cenſeantur: maxima tamen ex parte allodialia & hæreditaria ſunt, & ne exactionibus novis aut vectigalibus à Principibus illi graventur, Holſatorum privilegiis atque conceſſionibus cautum eſt. Quæ Principes, priuſquam à ſubditis fidelitatis juramentum præſtatur, & ipſi ad gubernationem perveniunt, juramento confirmare tenentur. Liberam enim horum Ducatuum Status, ex Regum Principumve filiis quem velint, eligendi habent poteſtatem. Quod privilegium ſpeciali quondam Chriſtiani I beneficio promulgatum ipſis eſt, cum in Ducem hic aſſumptus à poſteris confirmaretur. Neque ulla principes, abſque conſilio & conſenſu Ordinum, bella ſuſcipiunt. Nobilium lites judicio quodam

(quod

od bis quotannis peragi debet) a natu Ducatuum dijudicantur, præentibus plerumque per vices Prinibus, ex privilegio Provincialibus ulto: à quibus tamen, præſtito maæ juramento, ad Cameram Impelem cauſſæ illorum devolvuntur. nt autem nobilium tam Holſatiæ am Sleſvv. Ducatus familiæ 51: quom in III hujus Status ordine menonem fecimus: rebus eorum geſtis r ſingulas familias, quantum id fieri otuit, juſta annorum ſerie obſervatis ſeorſum adjectis, quibus illi vel pace el armis, & noſtra & majorum ætae celebres fuerunt.

I. *Familia Ranzoviana.*

Lluſtres ac vetuſtas Holſatorum Equitum familias inter reliquos noilium ordines celeberrimos ſemper xtitiſſe, nulli incognitum eſſe debet: Vnde etiam majora libertatis privilegia ad poſteros propagata ipſis ſunt. Harum ſupra omnes claruit, quæ prima generoſis Ranzoviorum nobilibus ncunabula præbuit. Ejus memoria & res geſtæ non operis hujus ſed voluminis integri eſſent, ſi dignitate, quam meretur, tractari deberent. Anno ſiquidem ab hinc plus quam quadrin-

gentesimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

gentesimo celebrem hanc Ranzovi-
rum familiam in Holſatiæ oris fui,
ex clariſſimi Petri Albini Electoris Chr-
ſtiani Hiſtoriographi ſcriptis conſe-
taneum eſt. Albinus enim à VVipe
II, Comite Groitzenſi, nec non M-
chione Luſatiæ, hanc Ranzoviorum
familiam deductam eſſe affirmat. C-
jus majores ex Cimbrica Cherſoneſ
orti ſunt: & in medio relinquitur,
nomen Ranzoviorum, an vero Liſ-
cenſium prius extiterit, cum conſt
Liſnicenſes ex Cimbria prodiiſſe,
jure poſtliminii veteres ſedes recup-
raſſe. Obiit ille VVipertus II an
Chriſti 1124, juſtoque temporis inte
vallo Ottonem quendam Burggr-
vium Liſnicenſem ſucceſſorem re-
quit. Hic vixit anno Chriſti 1186. Pr
fectusque belli, quod in Transalbin
regionibus gerebatur, conſtitutus, g-
neroſiſſimam hanc Ranzoviorum f-
miliam arcis cujuſdam Ranzoviæ, qu
noſtro adhuc tempore à magnifico
nobiliſſimo D. Henrico Ranzovio po
ſidetur, nomine inſtauravit. Ex gene
roſa autem Comitum Liſnicenſium
proſapia nobiles Ranzovios originen
habere, ex eo certiſſimum eſſe poteri
quod videlicet diverſis temporibus a-
pud Rudolphum I Imperatorem in

terc

ercedentes, de certis quibuſdam diſſi-
liis deciderunt. Clariſſimam vero no-
ſtra majorumque memoria hanc fa-
miliam ſemper fuiſſe, ex privilegiis
Holſaticis evidens eſt, ubi Principum,
Comitum atque Epiſcopatuum armis
Ranzoviorum inſignia proxime ad-
juncta ſunt. Vrbs etiam Sleſvvicenſis
cujus primarium templum Deo vero
Ericus Rex Daniæ anno Chriſti 848
dicavit, ſuis inſignibus, turritæ nimi-
rum arci, ſtellæ atque ſemilunulæ,
Ranzoviorum Inſignia adjunxit. Vnde
non obſcure conjicitur, ſolum Sleſvvi-
cenſe vel olim ad Ranzovios ſpectaſſe,
vel eorundem auſpiciis atque interceſ-
ſionibus, privilegiis civilibus eſſe dona-
tum. Quod diverſæ præterea hiſtoriæ,
juſta annorum ſerie de Ranzovica fa-
milia hic annotatæ, documento eſſe
poſſunt.

A. C. 1203, Idus Novembris, Abelus
Rex Danorum, Slavorum, & Dux Iu-
tiæ, dedit privilegium Hamburgenſi-
bus, de navalibus (ut dicunt) paſſis:
teſtis inter reliquos Epiſcopos & Co-
mites Holſatiæ fuit Marquardus de
Ranzovv.

A. C. 1236 Plönenſibus Lubecenſe
jus ab Adolpho IV Schavvenburgenſi
conceſſum eſt, quod duo ejuſdem fa-

miliæ ſigillis atque autographis ſ
muniverunt.

A. C. 1305 Breitardus Ranzov
fuit aulicusHenriciBrunſvvicenſis D
cis, quem mirabilem nominarunt,
27 Ianuarii cum Duce & 42 aliis nob
libus Embecam venit, ibidemque h
ſtiludio, quod ejus loci in prato Tic
anger dicto celebrabatur, tribus co
tinuis diebus adfuit.

A. C. 1322 Nicolaus Ranzovi
tractationi cum Lubecenſibus inte
fuit.

A. C. 1334 Bruno Ranzovius VV
demari Ducis Iutlandiæ Conſiliari
Chiloniæ ſepultus eſt.

A. C. 1335, cum nonnulli ex hac f
milia Hamburgi pro poſteris Canon
catum erexiſſent, ſummus Pontif
R. Innocentius VII hanc fundatione
confirmavit. Sicut etiam multi
tempore varia beneficia Eccleſiaſti
in oppidis Holſatiæ paſſim inſtitu
runt, & Coloniæ etiam adhuc noſt
ætate Conſtantini de Ranzovv à Co
legio nobilium virginum in Capit
lio memoria celebratur, qui eodem h
anno ex vita diſceſſit.

A. C. 1339 D D. Dethlevus & St
ro Ranzovii literis tranſactionum i
ter Regem Daniæ VValdemarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Gerhardum Holſatiæ ac Schavvenb. Comitem teſtes adfuerunt.

A. C. 1340 vixit Strimo Ranzovius, cujus fit mentio in literis, quæ in Archivo Suabſtadenſi Epiſcoporum Sleſ. continentur.

A. C. 1347 Hartvicus Ranzovius teſtis fuit in privilegio Iohannis Holſ. Comitis, monaſterio Reinfeldenſi conceſſo.

A.C. 1362 Heino Ranz. literas quaſdam Capituli Lubecenſis obſignavit.

A. C. 1372 nomine Ottonis Ducis Brunſvvicenſis Breitardus ſive Breido Ranz., alterius Breitardi filius ſive nepos, arcem Hertzbergam, quæ nunc ſub ditione nobilium de Dornberg eſt, maſcule contra Heſſos defendit, & tandem Hardeſiæ ſepultus, ibidem beneficium Eccleſiaſticum fundavit.

A. C. 1373 Godtſchalcus Ranz. permutationem fecit cum Epiſcopo Lubecenſi Bartramo Cremone, cui Curiam ſuam Lubecæ ſitam, pagumque Elerſtorp & Grammendorp conceſſit, ac in locum eorum arcem & pagos Ratmenſtorp, Merenſche & Brende recepit: ut literæ permutationis in Archivis Epiſcoporum Lubecenſium teſtantur.

A. C. 1390 D. Breido Ranz. Eques

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

aurat., cujus poſteri Neverſtorpum & Hohenfeld poſſident, diviſionem Comitum Holſatiæ, Storm. & Schavvenb. cum 11 equitibus, inter quos ille primum locum habuit, aliiſque nobilibus, ſigillo Chiloniæ confirmavit.

Item tranſactio, qua de mutua ſucceſſione invicem paciſcuntur, inter omnes Holſatiæ, Stormariæ & Schavvenb. Comites, nempe Gerhardum Ducem Sleſvvicenſem, Nicolaum, Albertum & Henricum, ex una: & Ottonem, Bernhardum Præpoſitum Hamburgenſem, Adolphum & Guilhelmum, ex altera parte, facta eſt. Teſtes ex hac familia adfuerunt D. Breido Ranz. Eques aur., Schacko & Henricus Ranzovii.

A. C. 1397 Cajus Ranz. Dominus in Krummendik diviſionem ordinavit inter Comites Holſ. & Storm. quæ ſcripto comprehenſa in Archivis Gottorpienſibus relicta eſt.

Item Albertus & Henricus fratres diviſerunt cum Gerhardo Duce Sleſ. Comitatum Holſ. & Stormariæ, inſulam item Fimbrienſem, in 3 æquales partes. Interfuerunt ex hac familia & obſignarunt D. Schacko de Ranzovv, Eq. aur., Goſchius Ranz.

A. C. 1399 Godtſchalcus Ranz. con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

firmationi privilegiorum Monaſterii Reinfeldenſis, factæ à Gerhardo Duce Sleſvvicenſi, cujus Senator erat, teſtis interfuit.

A. C. 1404 Holſati Martis iniquitate à Dithmarſis ſuperati, validiſſimam munitionem Delftbrug ſanguine ſuorum partam, ipſis reſtituerunt, ut Ranzovium & Pogvviſcum captivos redimerent.

A. C. 1402 literas diviſionum, inter Henricum Epiſcopum Oſnabrugenſem, Comitem Holſ., Storm. & Schavv., ex una: & Eliſabetham Principem Holſat. & Sleſvv., natam Brunſvvicenſem, ex altera parte, obſignavit ex hac familia Dom. Godtfridus Ranz. Eques aur.

A. C. 1413 Chriſtiernus Ranz. quibuſdam Holmienſis Monaſterii literis teſtis adfuit.

A. C. 1416 inſulam Fimbriam Schacko Ranz. ſummus belli Dux expugnavit.

A. C. 1420 VVolfthardus Ranz. Canonicus Lubecenſis & Adminiſtrator Eccleſiæ S. Petri fuit, ut ex literis in Archivo Capituli Lubecenſis contentis cognitum evadit.

A. C. 1423 compromiſerunt Henricus, Adolphus & Gerhardus Duces Sleſvvicenſes, & Comites Holſ. atque

Schavv. in Sigiſmundum Imp. Romanum: & Erico Regi Daniæ, Sueciæ Norvvegiæque, & Duci Pomeraniæ &c. fidem dederunt, ſe ſententiæ Cæſaris non refragaturos. Fidejuſſores inter reliquos Epiſcopos & Duces interceſſerunt Ranzovii: Breidekinus, Hartvicus & VValdemarus.

Item Epiſcopus Iohannes Sleſvvicenſis cum Epiſcopis Danis Ripenſi, Arhuſienſi, VViburgenſi, & Senatoribus atque nobilitate Danica & Iutlandica ſuam teſtati ſunt per literas ſcientiam de terra Suder-Iudtlandia. Inter conſiliarios Regios nominatur D. Iohannes Ranz. Eques aur.

A. C. 1435 Struvo & Hartvicus Ranzovii, Domini in Curen, vixerunt.

A. C. 1439 Albertus II Imperator, ordinis ſui Inſignia, Draconem nimirum & Crucem, Adolpho ultimo Sleſvvici Duci atque D. Schackoni Ranzovio, beneficiorum & amoris ergo, contulit.

A. C. 1446 Eggardus Ranzovius, Regius Danicus Præfectus Gorgenſis fuit.

A. C. 1455 literas inveſtituræ Ducatus Sleſvvicenſis, à Chriſtierno I tributas Adolpho Comiti Holſatiæ,

Storm.

ſtorm. ac Schavv., ſuo avunculo, Epiſcopi & Senatores regni obſignarunt: inter hos D. Iohannes Ranz. Eques auratus.

A. C. 1459 Bartholdus Ranz., Caji nepos, Præpoſitus Hadelerienſis Canonicuſque Bremenſis obiit.

A. C. 1469 ex familia Ranzovia 25 literis confœderationis, quam nobiles Holſati contra civitates inierunt, ſubſcripſere.

Item Nicolaus Ranz. Schackonis filius Pretzenſi Cœnobio munere militari, præter cætera dona, 28 equos obtulit.

A.C. 1470 Segebergæ aliud ſolenne fœdus, quod confœderationem ſuperius ictam infringeret, à Rege Daniæ, Civitatibus Lubeca & Hamburgo, ac primoribus harum regionum, factum eſt: quod 18 ex hac familia Ranzovia ſubſcripſerunt.

A. C. 1490 in literis, quæ diviſionem hæreditariarum ditionum, Ducatuum, nempe Sleſvvicenſis, Holſatię, Stormariæ, inter Regem Daniæ, Sueciæ & Norvvegiæ Iohannem, & Fridericum hæredem Norvvegiæ, Ducem Sleſvvicenſem & Holſatiæ, &c. complectuntur, teſtes ſunt Ranzovii: Heinricus Breidonis filius, D. Iohannes E-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ques auratus, Heinrici filius, & Ovvenus.

A. C. 1497 Heinricus Ranzovius Caii nepos, quondam hæres bonorum feudalium in Itzeho & Præpoſitus Hamburgenſium, in arce Steinburga obiit.

A. C. 1500, cum Iohannes Rex Daniæ Dithmarſiam bello oppugnaret, 4 Ranzovii, Ioachimus Dominus in Aſcheberg, Otto Dominus in Raſtorff, Breido Dominus in Krummendik, & Henricus, fortiter pugnantes occubuerunt.

A. C. 1504 Dethlevus Ranz. Hinrici filius, egregie in Latina & Italica lingua edoctus, Romæ, ad reliquas dignitates Eccleſiaſticas contendens, ex vita diſceſſit.

A. C. 1511 D. Otto Ranz. Eques auratus, D. Schackonis nepos, obiit Chiloniæ, inque Ranzoviorum delubro ſepultus eſt. Hic Regis Daniæ Iohannis Senator fuit, arceſque Knop & Bulke hæreditario quondam jure tenuit.

A. C. 1521 Paulus Ranz. Caii filius Regis Daniæ Friderici I aulæ Præfectus obiit.

A. C. 1526 D. Heinricus Ranzovius D. Iohannis Equitis aurati filius,

Domi-

ominus in Bredenburg, Ranzo-
sholm, VVandesburg, Tuſchebeca,
utzkovv, Melbeck, Redingſtorff,
ronovv, VVellingsbuttel & Ran-
ovv, lucis uſura primum uti cœpit.
ic Regum Daniæ Chriſtiani III, Fri-
erici II, & Chriſtiani IV in Ducati-
us Sleſvvici, Holſatiæ & Dithmarſiæ
icarius, Conſiliarius, & Segebergæ
ræfecturæ per 30 annorũ ſpatiũ Ad-
niniſtrator fuit. Loquebatur ac ſcri-
ebat Latino ſermone expedite & ele-
anter, Gallicæ quoque linguæ non
gnarus. Expeditioni Dithmarſiæ in-
erfuit: quam ſubjugatam inter Reges
Daniæ Holſatiæque Principes diviſit.
Donatus eſt etiam à Friderico II Da-
iæ Rege ordine Danico, aureo vide-
icet elephante cum turri.

A. C. 1532 Fridericus I Daniæ Rex
& Dux Holſatiæ Chriſtianus perpetua
n cuſtodia Sunderburgæ Chriſtianum
I Daniæ Regem captivum detineri
voluerunt. Cujus tutela quatuor ex
Senatoribus Regum Daniæ totidemq;
Holſatiæ Ducatus commiſſa eſt: inter
quos Iohannes Ranzovius, aulæ Du-
cum Præfectus, eſt deputatus.

A. C. 1533 confœderationem Ren-
desburgi in Comitiis Holſaticis Chri-
ſtianus III Daniæ Rex cum fratribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſuis impuberibus & nobilitate Dani
Holſaticaque inivit: qua cautum eſ
ut auxilium, neceſſitate aliqua poſt
lante, alter alteri præſtaret. Si qua v
ro lis inter Principes ac nobiles orir
tur, ut illa dirimeretur per certu
numerum Procerum Daniæ & nobil
tatis Holſatiæ. Quod ſi neque ii c
controverſia poſſent decidere, com
muni denique ſuffragio arbitri part
bus conſtituerentur. Inſtrument
confœderationis ex hac familia ſub
ſcripſerunt D. Iohannes Ranz., E
aur. in Bredeburg, & Præfectus arc
Steinb., Melchior Domin. in Nienhu
Præfectus Fimbrienſis & Flensburgen
ſis, Henricus de Pudloſen, Schacko d
Helmſtorp, Henricus de Niendorf
Andreas de Salſovv, Caſparus de Nien
hus, & Cajus de Kledkampe, omne
Ranzovii.

Item Carolus V Imp. & Franciſcu
Galliæ Rex, hoſtes invicem exiſtente
uno eodemque hoc anno D. Iohan
nem Ranz. Eq. aur. ad ſervitia ſua bel
lica, ampliſſimo oblato ſtipendio, per
trahere ſunt conati.

A. C. 1536, Balthaſarus Ranz., vi
exquiſite doctus, Epiſcopus Lubecen
ſis fuit deſignatus.

A. C. 1539, Melchior Ranzovius

Hanſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

anſii fil., D. Schackonis Eq.aur. pro-
pos, juvenis ex vita diſceſſit. Fuit
c Chriſtiani III Regis Daniæ aulæ
æfectus: qui hoc mortuo dixiſſe fer-
r gemmam ſe ex corona ſua ami-
ſe.

A. C. 1544 de diviſione Duca-
um Sleſvvicenſis & Holſ. inter Chri-
ianum III Daniæ Regem, Adolphum
Fridericum Epiſcopum Sleſ. decide-
atur. Adfuerunt inter cæteros Duca-
um Senatores D. Iohannes Ranz.
q. aur. & Dominus in Bredenburg,
'ajus Ranz. in Kledtkamp, Breido &
Ienricus Ranzovii fratres & hæredes
aſtri Nienhus, & Ioachimus Ranz.
e Pudloſen.

A. C. 1546 Henricus Ranz., Pauli
il., Henrici nepos, caſtra ſecutus in
Galliis, apud Martinum Roſſemium
urmæ equitum ductor, aqua ſub-
merſus periit.

A. C. 1547 Balthazarus Ranz. Sleſ-
vvicenſis Præpoſitus, Regisque Daniæ
Chriſtiani III Conſiliarius, poſtquam
Epiſcopatui Lubecenſi 11 annos cum
laude præfuiſſet, captus à quodam no-
bili Regi inimico in captivitate vitam
cum morte commutavit.

A. C. 1548 Adolphus Dux Holſatiæ
in aulam Caroli V Imp. Bruxellas ſe
contu-

contulit, & cum eodem ad Comi[illegible] Auguſtana, ubi omnes fere Princip[illegible] totius Imperii confluxerant, prof[illegible] ctus, Caroliquc in aula per ſeptenniu[illegible] pæne commoratus eſt. Inter cæter[illegible] nobiles Holſatos hujus familiæ apud[illegible] habuit Iacobum Ranz. de Nienſta[illegible] aulæ Præfectum, Henricum Ranz. I[illegible] hannis fil. Conſiliarium, Paulu[illegible] Ranz. Cubicularium, Mauritiu[illegible] Ranz., & Danielem, qui inde ſe Pri[illegible] cipis venia in Italiam contulit.

Cum hactenus enumeratæ ſint f miliæ nobilium Holſatorum, ope precium, ut nec rem Lectori ingr tam, me facturum putavi, ſi, quantu quidem ejus rei mihi contigit notici ſuccinctum Catalogum ſubnecterer qui uno intuitu exhiberet numeru

ſimu

nul maſculorum, qui ex ſingulis fa-
iliis jam ſunt ſuperſtites; ac caſtro-
um munitorum, arcium, prædio-
umque ad ſingulas familias pertinen-
um. De quo poſteriore tamen no-
ndum, non comprehendi palatia,
uæ Lubeci, Flensburgi, Chilonii, Itze-
oæ, aliisque in civitatibus familiæ
onnullæ poſſident.

Familia *Ranzoviana* habet ſuperſti-
tes maſculos 116. Inter quos ſenior
exiſtit *Chriſtophorus Ranzovius*, Domi-
nus de Quernebeck, qui annos natus
89; vir vivida ſenecta, pedibus ſatis fir-
mis, memoria mediocriter tenaci, ſen-
ſibusque vegetis præditus. Secundum
à tanta ætate locum obtinet Dominus
Vicarius regius *Henricus Ranzovius*,
qui annum jam agit 67. Poſſidet fami-
lia hæc caſtella, arces ac prædia 71.

Alæfeldii ac *Rumorii*, qui ſub una
familia continentur, maſculi 59: arces
ac prædia habent plus minus 35. Se-
nior hujus familiæ eſt *Georgius Alæfel-
dius* de Lemkulen, qui exceſſit 74 æta-
tis annum.

Reventlovv & *Walſtorp*, maſculi 7,
arces ac prædia 6.

Von der Wiſch ac *Pogvviſch*, maſc.
28, arces ac prædia 18.

Seſtede, maſc. 16, arces ac præd. 9.

Blome,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Blome, maſc. 13, arces ac prædia
Familia *Sturen* (quod ad maſcul
in his regionibus eſſe deſiit, & bo
ejus per matrimonium ad *Hanſin*
Blomium pervenerunt. At in Sue
vivunt nonnulli ex hac familia oriu
di, qui ab Erico Rege Sueciæ Comi
ſunt creati.

Bockvvold, maſc. 24, arc. ac præd. 1

Krummendik, maſculi 2, prædiu
unum.

Meinſdorf, maſc. unus, prædiu
unum. Ex hac familia prodierũt *Mein*
dorffii, qui in Marchia degunt; quoru
quatuor adhuc vivi, arces habent 3.

Brocktorff, maſc. 14, præd. ac arces 8

Breida, maſc. 3, præd. unum.

Heſten, maſc. 2, præd unum.

Qualen, maſc. 4, prædia 2.

Wonsflet, maſc 1, præd. 1.

Ratlovv, maſc. 7, præd. 2.

Wenſin, maſc. 8, præd. 1. Ex hac familia unus vivit extra Holſatiam, qui 2 arces per matrimonium acquiſivit.

Dam, maſc. 2, præd. 2.

Van Tinen, maſc. 6, arces 2.

Hagen, maſc. 3, prædium unum.

Holck, maſc. 2. Vendiderunt Duci Iohanni prædium in Alſen ſitum, & emerunt aliud in Dania.

Pleſſen, maſc. 10, præd. 2.

Gaden.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Gadendorp, maſc. 3. Vendiderunt
oc anno ſuam poſſeſſionem.
Wittorp, maſc. 3, prædium unum.
Hæken, maſc. 2, præd. unum.
Ex familia *Ottenia* unus adhuc eſt
perſtes, *Matthæus*, qui degit cum
nis ſuis in Hiſpania, eſtque à Secretis
lberto Auſtriaco Cardinali.
Heveria, maſc. 3, pr. 3, in Eiderſtadio.
Vkenia, maſc. 2, præd. 2.
Mætenia, maſc. 1, præd. unum.
Magneſſen, maſc. 2, prædium 1.
Roſenkranzia, familia in Dania eſt
tis ampla ac ſplendida, in qua non-
ulli Senatores regni ſunt: Vnus ta-
nen ex eadem prognatus in Ducatu
oc prædium habet.
Kerckberg, maſc. 1, domicilium ha-
et in civitate.
Stoven, maſculus unus.
Kaſſenbrock, maſc. 3, præd. 1 in E-
iſcopatu Oſnabruggenſi.
Moncken, maſc. 1, prædium unum.
Wogiana, maſc. 3, præd. 1.
Hacken, maſc. unus, domicilium
abet in civitate.
Harberg, maſc. 2, præd. 1.
Penſen, maſc. 4, domicilia in civita-
e habent.
Grabovv, maſc. 1, domicilium ha-
et in civitate.

Lancken,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Lancken, maſc. 3, domicilia hab[illegible]
in civitate.

Siverſen, maſc. 1, qui nuper m[illegible]
tuus. poſſedit prædium, quod ad *Ra*[illegible]
zovios tranſlatum eſt.

Koler, maſc.3. domicilia in civit[illegible]

Leven, maſc.1.qui vendidit *Gerdo*
Ranzovio Henrici V Regis filii p[illegible]
dium Morſum in Inſula Strand ſitu[illegible]

Paiſena, maſc. 2, prædium unu[illegible]

Peterſen, maſc. 1, præd. 1.

Anderſen, maſc. 3, prædia 2.

Iohanſiana. Hæc familia in Dani[illegible]
diſceſſit; adhuc enim aliquot ruſti[illegible]
in Holſatia tenet.

Sciendum eſt autem, quod, Duca[illegible]
bus in tres æquales partes diviſis, de[illegible]
cedant HolſatiæPrincipibus, ut vix t[illegible]
tia relinquatur Nobilitati, excepta [illegible]
ſuper Dithmarſia, ac civitatibus, q[illegible]
rum nonnullæ proprios habent p[illegible]
gos. Vnde facile conſtabit ei, qui re[illegible]
æqua lance pendere voluerit, qua[illegible]
cultus ſit, ac multis arcibus prædiiſc[illegible]
ornatus horum Ducatuum tractu[illegible]
Vt autem de commodis quoque iſt[illegible]
Lector æſtimare poſſit, pauca de [illegible]
ſubjungam. Hi ipſi Ducatus varias fr[illegible]
mentorum ſpecies progignunt, tr[illegible]
cum, hordeum, ſiliginem, avena[illegible]
panicum, & reliqua legumina: [illegible]

tan[illegible]

nto quidem proventu, ut in alias ovincias annuatim annona hinc anſmittatur. Piſcibus tam marinis am fluvialibus abundant, ita ut qui ca prope flumina Mare Occidentale abentia incolunt, ſingulis menſibus rii generis piſcibus, qui propter ſapo- praeſtantiam in deliciis habentur, ui affatim queant. Praeterea in locis ucatuum mediterraneis ſunt non- ullae piſcinae & ſtagna, quibus incolae er intervallum aliquot annorum al- ernis vicibus, nunc ad ſationes, nunc d piſcationes utuntur. Magnum et- am lucrum accedit ex venditione li- norum, ſaginationibus porcorum, & aſcuis. Nam reperiuntur Nobiles qui no anno ex ſaginatione porcorum ummam 4000 thalerorum confece- unt: Cum tamen praecipuas ſilvas Principes obtineant, in quarum non- nullis 20000 porcorum ſaginari ſimul poſſunt. Sic quoque ſingulis annis non exiguus numerus equorum, boum, ac porcorum ex his oris in alias Provin- cias adjacentes divenditur: Vt interim taceam, quantum emolumenti ex ovibus, haedis, lana, nec non mellis co- pia ad illos redundet: Extant item in Holſatia multa varii generis molen- dina aquatica, quorum quaedam ad con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

contuſionem frugum, legumin
ac corticum, quędam ad diſſectio
lignorum, nonnulla autem ad æ
papyri, pulveriſque pyrii confec
nem extructa ſunt: Præter ſali
ac calcifodinas, quæ multis in l
ibidem habentur. Et cum in his L
catibus maximæ ſint ſilvæ, ſaltus
nemora, abundant ea quoque va
ac multiplicibus feris, quarum ve
tione ac captura Principes pariter
nobiles delectantur, ut ſunt, capre
apri, cervi, lepores, vulpes, lupi, &
Avium quoque nulla eſt penuria, q
bombardis, aliiſque inſtrumentis
colæ perſequuntur ac capiunt, ut ſu
grues, cygni, anſeres, anateſque, ſil
ſtres & paluſtres, &c. Cum autem
lum Holſaticum vini minime ferax
aliunde id variis ex locis per mare a
vehitur, ſicut & aromata, quæ nihil
minus propter copiam & oportunit
tem loci precio non adeo magno co
parari poſſunt. Vini loco & cerevi
bona plurimis locis coquitur, dive
tamen ſaporis, coloris, ac virtutis, i
ter quas Hamburgenſis merito pa
mam obtinet. Ex his conſtat, hu
Ducatum, licet inter reliquos Germa
niæ tractus ſit ultimus, ubertate ta
men ſoli, fertilitate agrorum, hom
nun

num numeroſa multitudine, ac mercaturæ negociationiſque exercitio, reliquis minime inferiorem eſſe: Præſertim cum ex eo ipſo in Scotiam, Angliam, Belgium, Galliam, Hiſpaniam, Italiam, deinde & in Iſlandiam, Norvegiam, Daniam, Sueciam, Pomeraniam, Boruſſiam, Lithuaniam & Ruſſiam navigatio inſtitui ac mercatura ibidem exerceri poſſit: Vt omnibus liquet id fieri maxime ab Hamburgenſibus, Lubecenſibus & cæteris.

Inferior regionum Holſaticarum Status duos potiſſimum ordines complectitur, civium videlicet, & ruſticorum.

Omnes fere in his Ducatibus civitates, ex ſingulari Principium ſuorum gratia, certis quibuſdam privilegiis donatæ ſunt, jureque vel Romano vel Lubecenſi utuntur.

Civibus à ſententiis, quas Senatus tulit, ad 4 civitates, Kilonium, Rendesburgum, Itzehoam Oldeſloamque, judicio peculiari appellationis exercendo deſtinatas, provocare licet. De quibus vero ipſæ decidere nequeunt, certis conditionibus ad Principes & Senatores Holſatiæ, nonnunquam etiam ad Cameram Imperialem appellatio devolvitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Hujus ordinis Civitates atque Oppida in his Ducatibus 31 numerantur: quarum hæc ſunt nomi[na]: *Lubeca, Hamburgum, Flensburg[um], Sleſvviga, Huſena, Haderſlebia, S[on]derburga, Nicopia, Tundera, Rend[s]burga, Breidtſtedia, Itzehoa, Chilon[ium], Oldeſloa, Crempa, Wilſtria, Segeber[ga], Neoſtadium, Ecerefordia, Heiligenh[a]va, Oldenburga, Plœna, Lutkenbur[ga], Oiſina, Meldorpia, Heida, Lunde[n], Tonninga, Garainga, Burgum, Wede[l]*.

Secundus inferioris Status Or[do] duo Ruſticorum genera complectit[ur]: quorum alii hæreditaria atque libe[ra], alii vero conductitia & angaria, [&] quibuſcunque aliis ſervitiis obno[xia] bona poſſidc nt.

Illi præterea aut ſcripto jure de co[n]troverſiis decidunt: aut propriis [ſ]ua cauſidicis, ſub dio, de cauſſis illoru[m], in præſentia præfecti duorumque aſ[ſeſ]ſorum, agitur. Cumque in mediu[m] prodierunt litigantes, diligenter à p[ar]te utraque exploratis rerum mome[n]tis, ruſticorum cætus ad delibera[n]dum modumque ſententiæ ſtatue[n]dum exire jubetur. Quibus pro agre[ſti] captu conſideratis, ad conſeſſum r[e]deunt, & quicquid vel exemplis, [vel] craſſis naturæ illorum rationibus, [in]

ſtu

tum ipſis eſſe videtur, per conſtitutum quendam præconem litigatoribus in medium pronunciant. Qui in utroque genere judicato acquieſcere nolunt, illis debito modo ad Senatores Principum, vel commune forum Holſaticum, nonnunquam etiam ad Cameram Imperialem, pro rerum de quibus litigatur dignitate, provocare liberum eſt.

Hic Ordo, præter reliquas horum Ducatuum Colonias, ſequentes etiam Provincias atque Inſulas continet: *Angliam*, *Stapelholmum*, *Eiderſtadium*, quod & *Friſiam minorem* continet, *Fimbriam*, *Strandt inſulam*, *Alſenam*, *Arram*, *Buſſenam*, *Terram ſanctam*, *Sundevvidt*, *Siltam*, *Baſſœam*, *Arrœam*, *Schvvantzenam*, *Kekenitzam peninſulam*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

VIII.

ARNGRIMI IONAE ISLANDI TRACTATVS

DE Iſlandicæ gentis primordiis, & veteri Republica.

CAP. I.

Iſlandiæ ſitus Coſmographicus & Geographicus, ac appellationum diverſarum Hiſtoria.

ISLANDIA eſt Inſula Septentrionis vaſto circumfuſa Oceano. Cujus latitudo Coſmographica, ad Boream, Holis nempe, quæ ſedes eſt Epiſcopalis, Borealis Islandiæ, gr. 65, 44. Longitudo vero gr. 13, 30 circiter. Non enim præciſe affirmavero, ob eum ſcrupulum, qui eſt à parallaxi Lunæ in eclipſium obſervationib⁹ metuendus. Quem ſolum inveſtigandæ lõgitudinis modum hactenus adhibuit clariſſimus vir, *Gudbrandus Thorlacius*, Borealis Islandiæ Epiſcopus modernus: qui nobis longitudinem & latit. hanc ſui loci cõmunicavit: primuſque, quod ſciam, hac in re aliquid certi apud noſtrates prodidit.

odidit. Vbi quamvis alii alia, ſubti-
ſimam diligentiam impedientia, me-
ant: nos eam tamen, incertiſſimis
autarum conjecturis, ac multo ma-
s exotericorum ſcriptorum de hac
ſententiis, non minus contrariis
uam variis, quas alibi collegimus,
nge poſthabitis, ſequimur haud in-
iti; dum forte alias aliquid magis ex-
uiſitum, magiſque, ut loquuntur, ad
nguem, ſive ipſius D. Gudbrandi bene-
cio, ſive alterius, monſtratum fuerit.
Ea vero (quæ hodie, ac inde à pri-
o incolarum ingreſſu, Islandiæ no-
en gerit) tum adhuc inculta, varias
variis inventoribus appellationes
rtita eſt: quarum tres commemo-
antur.

Primum namque *Snælandia* dicta
ſt. Etenim *Naddocus*, quidam pirata,
nſulas Farenſes (ab ovium multitudi-
e *Færeyar* vulgo appellatas) verſus
ontendens, ad littora Orientalis Is-
andiæ tẽpeſtate delatus eſt, non pro-
ul à monte, *Reiderfiall* poſtea dicto,
d ſinum *Reidarfiord*: qui conſcenſo
onte, viciniam late contemplatus,
mnia deſerta comperit: oram autem
ub autumnum ſolvens, animadvertit
montium altiora cacumina nivibus
argioribus obduci: atque idcirco è re

nata, nomen fecit inſulæ *Snælandi*
id eſt, *Nivoſa terra.*

Hunc ſecutus alter, *Gardarus, Su*
vari filius, natione Suecus, fama, qua
de *Snalandia Naddocus* attulerat, in
pulſus, eam quæſitum abiit : repper
etiam, ad Orientale littus appellens:
inde circum inſulam vectus, in ſin
Borealis Islandiæ *Skialfanda* ſubſtiti
ibidemque hybernavit, anno Chri
864: fecitq; portus nomen *Huſavvic*
ab hybernis ſeu domibus ibidem e
ſtructis. Ineunte autem vere, in No
vvegiam ſoluturo Gardaro, ſcaph
tempeſtate abacta eſt in portum prio
vicinum : eratque in eadem ſcaph
nautarum quidam *Nattfare* dictus :
quo etiam iſti portui nomen *Natf*
ravvick. Porro Gardarus ad ſuos r
verſus, terram novam appellavit *Ga*
darsholm, quaſi Gardari inſula, negl
cto Snælandiæ nomine.

Quin etiam plures terram recen
inventam viſendi inceſſit cupido. Na
& tertius quidam *Floco*, famoſiſſimu
& ille pirata, *Gardarſholmam* inviſu
rus, ſolvit ex portu Norvvegiæ, qu
eſt ad ſpeculam ſeu potius Farum *Fl*
kavvarda, ſitum in limitibus provin
ciarum *Hordalandiæ* & *Rogalandiæ*
perque *Hiatlandiam* (quæ quibuſdan

mal

hale *Schetlandia*) tranſiens, nomen
ortui cuidam, etiam poſtea retentũ,
ndidit *Flokavvogur*: ibidemque ſta-
num (in quod Floconis filia *Geirhill-*
a caſu ſuffocata eſt) ab ipſa *Geirhill-*
arvvata dictum eſt: Non ſecus ac
ontus, in quo *Hellen* caſu quodam
Phryxus amiſit, *Helleſpontus* nuncupa-
atur. Nondum erat pyxidis nauticæ
ſus. Quocirca *Floco Hiatlandiam* re-
inquens, corvos aliquot ſibi adjunxit.
Cumque ſibi videretur magnum jam
iter navigando confeciſſe, corvum
unum dimiſit; qui in ſublime evolans,
conſpectam retro *Hiatlandiam* repe-
tiit. Vnde colligens *Floco*, ſe adhuc
Hiatlandiæ quam reliquis terris vici-
niorem, atque ideo ſtrenue pergens,
corvum emiſit alterum. Qui quod ter-
ram nullam ante vel à tergo conſpice-
ret, in navim recidit. Demum vero
corvus tertius à *Flocone* emiſſus, & iti-
nere majore ex parte confecto, terram
nautis optatam ſubtilis viſus acumine
aſſecutus, eodẽ celerrimo fertur vola-
tu: cujus ductum ſecutus *Floco*, latus
inſulæ Orientale, ut anteceſſores, pri-
mum conſpicatus eſt: inde ad Auſtrum
curſum dirigens, patentiſſimũ ſinum,
inter promontoria duo, *Reykanes* &
Snæfellsnes poſtmodum dicta, 12 mill.

Iſlandica latum deprehendit. Audien
autē ex nauta quodam, (quem ſecun
habebat,) natione Scoto, cui *Faxa* no
men, vaſtum illud eſſe, quod jam ob
vium haberēt amnis ſeu fluvii oſtium
Floco, ad notandam *Faxa* ſtultitiam
ſinum maris tam vaſtum fluv
oſtium reputantis, nomen fecit ſinu
inter prædicta promontoria interce
pto *Faxaos*. quod *Faxa* oſtium. Hi
ſinus, ob portuum multitudinem
poſtea dictus *Hafnafiordur*: quę appe
latio hodie ſpecialius de ejuſdem ſi
nus portu quodam tutiſſimo *Hafna
fiordur* uſurpatur.

Dehinc latus inſulæ Occidentale le
gens *Floco*, ſinum *Breidafiord* ſubin
travit, in portu quopiam provincia
Bardaſtraund Watnsfiordur dicto (u
tor enim appellationibus poſtea natis
ſubſiſtens: ibidemque hyberna parans
ex piſcibus varii generis, quibus ſinu
abundabat, commode vixit. Hic vere
vernum tempus frigore intemperatiſ
ſimum nactus, deprehendit, ſinum, qu
à Borea hanc terræ partem ingreditur
glacie marina, quam *Grönlandicam*
appellamus, repleri. A qua glacie *Floc*
tertium finxit inſulæ nomen, *Island*.
Sed & alteram hyemem, ad Meridio
nale latus converſus *Floco*, in Iſlandia
tranſe.

anſegit: Reverſusq; in Norvvegiam,
corvis, quibus pro pyxide nautica
ſus eſt, cognomen *Rafnafloke* ſortie-
atur.
Et Islandia quidem has appellatio-
es ab invẽtoribus conſequenter nacta
t: Nam ad quartam, *Thule*, quod at-
net, quæ huic terræ à quibuſdam af-
gitur, non poſſum adduci ut veram
ſſe credam; hoc potiſſimum argu-
nento: Quod *Thyle* ſeu *Thule*, inter
eteres, non ſolum Plinio Nat. Hiſt.
b. 2, cap. 75, & lib. 4, c. 16, (floruit
utem Plinius circa annum Chriſti 80)
x qui Plinio antiquior, Pythiæ Maſſi-
enſi, ſed etiam Pub. Virgilio, qui ultra
nnum Chriſti 14 non ſupervixerat, in
re & ſcriptis frequens fuerit: Islandia
ero ad annum uſque Chriſti 874, ut
oſtea dicam, inculta prorſus manſe-
it. *Thule* itaque, quam Auguſto ſervi-
uram dixit Virgilius, (*Georg.* 1: *tibi
ſerviat ultima Thule*: ubi vel pueris no-
um, *Thulen* pro *Thules* incolis, ſyn-
cdochicῶs dici) Auguſti & Vergilii
emporibus non ſolum habitata, ſed
tiam Romanis cognita, non eſt Islan-
dia, multa poſt ſecula habitari primum
cæpta. Videtur præterea ipſe Plinius,
loco citato poſteriore, inſulis Britan-
nis *Thulen* accenſere: *Vltima* (inquit)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

omnium (inſularum Britannicaru ſcilicet; de his enim illi ſermo eſt) *q memorantur, eſt Thule*. Idem etia Virgilium voluiſſe, conſentaneum: q ultimam dixit Thulen, loco citato: ſimiliter *penitus toto diviſos orbe Britannos*: id eſt, ultimos. Idem porro a gumentum, à Claudiani Alexandrin & hoc longe antiquioris Pub. Papin Statii, ætate, urgere liceat. Claudianu enim circa annum Chriſti 390 can de belli Getici à Theodoſio geſti ſu ceſſibus:

Famaq́ nigrantes ſuccincta pavor
bus alas, (*uſq́ Britannu*
Secum cuncta trahens, à Gadib
Terruit Oceanum: & noſtro proc
axe remotam (*Thulen*
Inſolito belli tremefecit murmu

An vero Islandiam incultam & deſer tam fama tremefecerit? Statius ver Claudiano trecentis annis antiquio ſic, lib. 3. Sylvar:

Quanquam etſi gelidas irem manſ
rus ad Arctos, (*Thule*
Vel ſuper Heſperia vada caliganti

Audis, non levem modo famã de Thu le ad Statium perveniſſe, ſed vada, ſyr tes ſeu brevia, in acceſſu inſulæ depre henſa, frequenti navigantium relatio ne ipſi ſatis cognita fuiſſe: cujuſmod
in

circuitu Islandiæ, quod ſciam, nulla
nt: quod experientia loquitur: at in
itannicarum inſularum acceſſu lon-
frequentiſſima; ut ferunt.

Premamus ipſum hoc argumentum
terius à D. Hilarii ætate: qui anno
hriſti 372 obierat: de cujus fama ſic
ortunatus:

Eloquii currente rota penetravit ad Indos,
Ingeniumq; potens ultima Thule (colit.

uid vero illud eſt, quod Statius vo-
t Heſperiam Thulen, id eſt, occidenti
bjectam? Eo enim & Hiſpania, Heſ-
eria dicta. Aſt Auſonius, Aquilonige-
as Britannos, Edyll. 12:

Aut Italum populos, Aquilonige-
nasque Britannos.

Ex quorum ſententia *Thule* occi-
entalior ſit Britannia. Nec valet ar-
umentum, quod à noctium & dierum
revitate utrobique, in Islandia nempe
t Thule, quidam petivit: in ſolſtitio
empe æſtivo nullas habere noctes.
Nam & idem ipſis Britannis Iuvenalis
ribuit: Satyr. 2:

——— *Arma quid ultra*
Littora Iuvernæ promovimus, &
modo captas
Orchadas, ac minima contentos nocte
Britannos?

Deinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Deinde à ſola loci latitudine, quam
maxime eadem eſſet, (id quod non la
gimur) concludere, *Thulen* eſſe Isla
diam, non fuerit artis.

Ex recentioribus Iohannes Myritiu
alibi (quod citatus nobiſcum ſenti
ſe apertius oſtendit) in opere ſuo Ge
graphico aſſerit, Thulen eſſe ultima
in ditione Scoti (Scotos autem Brita
norum nomine venire, ſatis notun
ſub poli elev. gr. 63: aque hac uni
diei navigatione abeſſe mare Croniur
in quo ſit Islandia. Quod ipſum, de Cr
nii maris à *Thule* diſtantia monens P
nius, Cōcretum appellat, per quod n
Glaciale intelligimus. In quo tame
Islandiam non ſitam aſſerimus: Siqu
dem id limitibus zonæ frigidæ à ci
culo Arctico ad polum includimus: I
landia vero circulum Arcticum aliqu
Borealis ſui lateris parte tantum attir
gat. Etenim prædicti loci, ſedis nemp
cathedralis Holenſis, Zenith, ut ex la
titud. aſſignata patet, 46 minutis ab
eſt à circulo Arctico.

Vidit autem hoc, (*Thulen* non eſſ
Islandiam) reliquis plerumque ſanior
Petrus Ramus, in omni literarum ge
nere ſcriptor exquiſitus: qui mecum
concludit, comment. in 1 Georg. Verg
Thule, inquit, inſula eſt Oceani inte

Occaſum

ecaſum & Septemtrionem, ultra Britanniam, latit. gr. 68, long. 11, ultima Romanis tum cognita (cum ſc. Virgilius ſcriberet Georgica.) Islandia enim remotior eſt; & multæ Norvvegiæ regiones. Hæc Ramus & Myritius: qui quam rite *Thules* latitudinem & long. attigerint, hoc loco nihil refert; dummodo eam ab Islandia diverſam ſtatuant. Quamvis igitur Saxo Grammaticus vel alii Islandiam *Thulen* appellant: & Islandos, *Thulenſes*: apparet tamen hinc, eoſdem opinione magis, quam rei veritate ductos, ſic ſtatuiſſe: quod mihi hoc loco nequaquam diſſimulandum fuit: Si enim Islandia eadem eſſet cum *Thule*, rueret totum hujus narrationis fundamentum de Islandia anno Chriſti 874 habitari primum cœpta: Quod tamen cum irrefragabilis hiſtoriarum conſenſus firmet, ruat illud neceſſe eſt, *Thulen* eſſe Islandiam. Et hæc de appellationibus Islandiæ, & ſitu coſmographico.

Ipſius vero amplitudinem ſeu longitudinem & latitudinem Geographicam, non ſatis exacte nobis tradiderunt veteres. Longitudo ejus eſt, ab Oriente in Occidentem, nulla ſat certa menſura, quod ſciam, hactenus expreſſa: ut nec latitudo à Borea in Auſtrum:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſtrum: Niſi quod in antiquo codic
reperi, eſſe longitudinem x x dier
iter; latitudinem, ubi maxima, q
tuor dierum. Sunt autem itinera, u
libi, ita etiam apud nos, imparia. (
tamen intelligo *pyngmannaleid*:
dagleider eſt in autographo. Nec
preſſum, equitis, an peditis. Latitu
autem ipſa non eſt ubiq; eadem: ob
nus utrinq;, ab Auſtro ſcilicet & Bor
terram ipſam imparibus ſpaciis ing
dientes. Terminus Orientalis *Auſt*
horn: Occidentalis *Raudeſandur*: (n
promontoriũ *Snæfellsnes* magis ver
Lybanotum) Borealis vero termin
Langanes: Auſtrinus *Reykranes*.
quatuor etiam mundi cardinibus
ſula diviſa eſt in Borealem, Auſtrale
Orientalem, Occidentalem. Et Bore
quidem Islandiam ab Orientali pr
montorium *Langanes*; ab Occident
ſinus *Rutafiordur*; ab Auſtrali, teſqu
rum vaſta deſerta, ſecundum longit
dinem inſulæ porrecta, diſcriminan
Auſtralem vero Islandiam, Boreali t
quorum iſtorũ interjectu oppoſitar
ab Orientali fluvius *Ioculſa*, in deſer
Solſeimaſan e decurrens; ab Occide
tali etiam notabilis fluvius, Albis n
men ſortitus, & in ſinum *Borgar*
ſeſe exonerans, dividit: Adeo; ut ſi
be

ret inſulam humana ſpecie repræ-
ntare; Orientalis Islandia capitis ra-
onem obtineret: promontoria duo
ſigniora, *Langanes*, & *Reykranes*, ſeu
rmini, ille Borealis, hic Auſtrinus, ut
ctum, brachiorum vicem gererent:
ſerta vero, ſecundum longitudinem
ſulæ porrecta, dorſum vel ſpinã con-
ituerent: tũ Borealis & Meridionalis
landia ſcapulas cum lateribus; quæ in
ſis hypochõdriis ſinus duo oppoſiti,
orgarfiordt & *Rutaſiordur*, à coxendi-
e utrinque dirimerent; hic à Meridie,
e à Borea: Occidentalis vero Islandia
liquam inde ab hypochondriis cor-
oris humani partem referret; quam
nus *Breideſiordur*, ab Occidente in-
rediens, in dextrum & ſiniſtrum pe-
em diſtringeret.

Inſulæ etiam ambitus nihilo certius
onſtat: vetus tamen fama & opinio
ut alibi quoq; annotatum eſt) 144 mil-
aria Norvvegica (uti exiſtimo) nume-
at, hoc eſt, Germanica 288, cenſente
Chytræo Norvvegicum duo Germ. æ-
quare: ab uno promontorio ad aliud
egendo: non per ſinus: Quos Borealis
Islandia 11, Orientalis 21, Auſtralis 6,
Occidẽtalis 70, habere numeratur. Atq;
iſta ſunt fere quæ de inſula ipſa choro-
graphice initio attingenda duximus.

CAP.

CAP. II.

Islandia à quibus quando & qua occaſione habitari cœpta.

HAraldo *Pulcricomo* (quem, ſi à c ſarie Cæſar dicitur, quid obſt quin Cæſarem appellemus?) rerum p tiente in Norvvegia, plurimum ſa præcipuæ Nobilitati Norvvegicæ ceſſit: id quod hiſtoria Norvvegica l perſequitur; latius tamen hiſtoriæ p ticulares nobilium familiarum à P cricomo expulſarum, ut deinceps ſc bendum veniet. Pulcricomus enim, gia poteſtate ſeu ſummo imperio, h eſt, legum, magiſtratus, belli ac pacis provocationis jure (eo enim Rege definiunt cum alii, tum Bodinus; Met hiſt. cap. 6.) non contentus, omn ſibi proprietarii jure vendicabat; e que tributa annua non minus nobil bus quam vulgo imperabat; pauciſſi mis exceptis, quibus eum vel affinitat vel amicitiæ neceſſitudo intercedeba Quæ *Pulcricomi* vis, licet incolis mer to injuſta viſa, propter finem tamẽ bo nũ in hiſtoriis non magnopere impro batur: Ea enim Deus opt. max., tran ferens regna, & conſtituens imperia, a ὀλιγαρχίαν καὶ ὀχλοκρατίαν (qua mi ſera Norvvegia, inde poſt Nori prim

regn

gni Norvvegici conditoris tempora, borarat) tollendam uſus videtur. æterum, quod Pulcricomus ex æquo omnes graſſabatur, etiam hos, qui is prædiis & poſſeſſionibus contenti, ihil publicum affectabant, id vero exſari nec debet nec poteſt. Vnde faum; quod, ut quiſque nobiliſſimus, quiſque divitiis & potentia maxime ollens eſſet, ita ſtrenuiſſime tam inſtum tamque inviſum imperium etrectaret: Adeo ut maluerint pluri i opulentis prædiis & patria excede, quam generoſitatem ſuam ſervitio tributis commutare: id enim ſua & ajorum virtute prorſus indignum nt rati. Ortæ hinc ſunt plurimum utuæ in Regem Regioſve injuriæ; , cædes regiorum vel amicorum vel eceſſariorum, tum rapinæ terra maque exercitia: ne ſcilicet Rex tam inſtam relictorum bonorum invaſioem impune prorſus auferret. Ab his itur nobilibus familiis, Haraldianam im detrectantibus, inſula hæc noſtra m vicinis incoli cæptæ: idque his fe vestigiis & itineribus.

Anno enim reparatæ ſalutis 874, orvvegiæ quidam incola, *Ingulfus*, tria excedens, *Naddoci*, *Gardari* & *loconis* ſuperius commemoratorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

veſtigia ſecutus, transferendæ in Isla
diam habitationis anteſignanus fact
eſt: idque hac occaſione. Fuit *Ingulf*
natalibus clarus & divitiis, patrem h
bens *Orn*, quod Aquilam ſonat, D
cem *Fyrdafylcenſem* in Norvvegi
Ingulfi ſoror *Helga* fuit, virgo omn
bus ornamentis muliebribus prædit
Ejuſdemque ſobrinus *Leifus*; qui
gladio inſigni, quem ſingulari virtu
bellica in Irlandia nactus eſt, *Hiorl*
fus eſt dictus. *Hiör* enim gladius e
Erant adhæc id temporis in nobilita
Norvvegica fratres tres Germani, *Ha*
ſtenn, *Holmſtenn*, *Herſtenn*; *Atla*
Atlantis Baronis cujuſdam Norvv
gici filii: Quibus cum prædictis i
Ingulfo, & *Hiorleifo* ſimultates qu
dam interceſſerunt; quæ mox in c
des eruperunt cruentas. Nam cu
forte convivarentur una, votum
quod ſollenne ſingulis concipiendu
more ſui ſeculi injunxerunt. Prim
itaque *Herſtenus* vovit, ſe aut *Helga*
Ingulfi ſororem, in uxorē ducturu
aut nullam. Mox *Ingulfus*: ſe null
in hæreditatem paternam ſecum
miſſurum eſſe, quàm ſolum *Hior*
fum: innuens, ſororem *Helgam*, ſe c
ſentiente, nō niſi *Hiorleifo* nuptura
contra nempe *Herſteni* votum, de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

em ſola ducenda. Deinde *Helmſtenus*;
, ſi quando arbiter inter partes ad-
erſas deligeretur, nulla ratione adi-
endum, ut ſententiam iniuſtam fer-
et. Atque ſic reliqui deinceps. Succeſſit
aulo poſt *Ingulfi* votum. *Hiorleifus*
nim ſobrinam *Helgam* in uxorem ac-
epit. Licita namque erant eo tempore
obrinorum coniugia. Hinc *Herſteni*
ummum odium & inimicitiæ adver-
us prædictos *Hiorleifum* & *Ingulfum*.
Qui idcirco fratre *Holmſteno* adſcito,
x navigiis milite completis, *Hiorlei-*
um, tribus tantum navibus uſum &
er in exteras parantem, inopinato
ggreſſus eſt. Cujus impetum *Hior-*
ifus diu & fortiter ſuſtinens, ab in-
erveniente quodam amico adjutus,
eſo *Herſteno*, ſuperior evaſit. *Holm-*
enus autem, fuga ſibi conſulens & fra-
is nece non parum exacerbatus, poſt
nenſes aliquot armata manu, *Ingul-*
um cum *Hiorleifo* domi oppreſſurus,
dvenit. De quo illi per explorato-
es certiores facti, eundem armato
ræſidio excipiunt & cædunt. Super-
ixit fratrum tertius, *Hallſtenus*; reli-
uis prudentior: qui ſe injuſtis fra-
um turbis non immiſcuerat. Hujus
rbitrio *Ingulfus* cum *Hiorleifo* rem
otam dijudicandam committunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

memorem voti, de æquitate non vi
landa, ſtatuentes. *Hallſtenus* igitur fr
trem *Herſtenum* jure occiſum pr
nunciat: *Holmſtenum* vero, qui acer
dolore compulſus, necē fratris aliq
clade ulciſci voluiſſet, non item. (
ejus cædem igitur, ambos provin
Fyrdafylcenſi exulare juſſit. Parent
inviti arbitro, cui cenſuram ſpon
concrediderant: Patriamq; relinque
di ſtudio, fundos & prædia mercib
& nummis divendunt, & magnu
facinus, gentis novæ in terra no
condendæ, animo concipiunt: idq
non *Hallſteni*, (quicum per iſta
transactionem in gratiam redieran
cui etiam alioqui viribus facile certa
ſent,) ſed ipſius *Pulcricomi* metu,
patriam & cives etiam innocuos, p
obtinenda, ut dictum, non monarch
ſolum, ſed παμπησία ſeu univerſoru
poſſeſſione, graſſantis: Nec enim id
Haraldiana vi dubium: diſerte enim
filii ſucceſſoris *Haquini Adalſtenii* h
ſtoria legitur, cū Regia poteſtate co
tentum, ſingulis ſua reſtituiſſe, quæ p
ter injuſte ſibi vendicarat.

Annus erat Chriſti 870 quo *Ingo*
fus cum *Hiorleifo* Iſlandiam primu
inviſunt; ſed eam non mox, veru
exacto quadriennio, anno, ut dictu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

4, incolunt: numeroſas adducentes
milias.

Porro *Ingulfus* in conſpectum inſu-
veniens, poſtes ædium, quas in Nor-
regia habuerat, in undas abjicit more
hnico: pro oraculo habens, eum ſibi
taliter delectum habitandi locum,
ıé poſtes in littus ejecti deſignarent.
ım conſuetudinem plurimi Norvve-
orum ſolum vertentes retinuerunt.
ppulit autem Ingulfus non quo po-
:s, ſed ad promontorium meridio-
ılis (alibi male, occidentalis) litto-
;, à ſuo nomine dictum *Ingulshofde*.
ttamen poſtes ædium quas diximus,
tegrum triennium deſiderans, re-
rit tandem in eo loco, qui *Reychiar-
vich* nominatur; ibiq; habitationem
ndidit. *Hiorleifus* vero, ab Ethnica
perſtitione magis alienus, ſedes po-
it in promontorio *Hiörleifshofda:* à
ᴐ nomine ſimiliter denominato. De-
us ibidé extruxit majuſculas: unam
5, alteram 135 pedes longam. Hic, pri-
o anno labente, agrum colere &
nentem facere occepit: In quo ope-
cum ſervos, quos ſecum decem ex
andia adduxerat, exercuerat, illi
orleifi jumentum ab urſo ſylveſtri
remptum mentiti ſunt. (urſos enim
n niſi adventitios habere Islan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

diam, poſtea compertum eſt.) Que
cum *Hiorleifus* ulciſcendi animo
ſylva vicina inveſtigaret, à ſervis iſ
in inſidiis latentibus fraude interem
tus eſt, cum ſociis aliquot ſibi adju
ctis: ſervis tam uxores, quam bona o
ciſorum rapientibus; inq; inſulas à li
tore non ita procul diſtantes fugien
bus: quæ poſtea ab iiſdem ſervis dict
ſunt *Weſtmaſyar*; eo quod ex Irland
eſſent; Norvvegi autẽ Irlandos, Anglo
Scotos *Weſtmenn*, id eſt, Occidental
homines appellabant; cũ illæ terrę ve
ſus Occidentem à Norvvegia diſten
Hos homicidas inſecutus *Ingulfus*, i
eiſdẽ inſulis oppreſſos ad unum omn
delevit: ob importuni amici & affin
fatum, animo valde exulceratus.

Islandiam autem prorſus incultan
& deſertam *Ingulfus* reperit & occu
pavit; ſylvis denſiſſimis, & vix niſi be
tullis feracibus undiq; conſitam: ita u
ad itinera & habitationes, ſylvas paſſi
ſecuri aperire, neceſſum fuerit. Interi
tamen ex ſignis quibuſdam colliger
erat, nautas neſcio quos quædam terr
littora aliquando attigiſſe, non inco
luiſſe. nempe nolas, cruces ligneas
aliaq; opere & arte Irlandica & Britan
nica facta, deprehendit *Ingulfus*: a
domuum vel habitationũ vel cultura

veſtigia

eſtigia nulla. Vnde veriſimile eſt, piſ-
atores Irlandos velScotos (ut & hodie
nglos) juxta Islandiam piſcari ſoli-
os, nonnunquam, ut fit, in terram de-
endiſſe, atq; ita Chriſtianæ religionis
tenſilia, nolas, cruces, caſu reliquiſſe.
tenim Irlandi jam tum Chriſtianiſ-
no, ut loquuntur, imbuti erant. Eoſ-
em autem, quicunque fuerint, veteres
landi *Papa* vel *Papas* appellarant. A
uibus, ut mihi quidem veriſimile fit,
nſula Orientalis Islandiæ *Papey* nomẽ
axerat; quod hanc ſæpius attingere
liti ſunt; vel eorum monumenta,
ualia dixi, illic potiſſimũ reperta fue-
nt. Eſt etiam hoc latus Islandiæ, ex
nglia, Irlandia & Scotia verſus Corum
avigantibus maxime expoſitum. Por-
o quinam & unde iſti *Papa* vel *Pappæ*
erint, non ſatis dicere habeo: niſi for-
n ex Scotiæ inſulis: quarum una *Pap-*
a, altera *Weſtrapappa*, nomen habẽt:
t in mappis cernere eſt. Cui conjectu-
e quantum quis volet tribuat. *Ingulfi*
orro veſtigia plurimi Norvvegorum
oſtea audacter ſecuti, cum cõjugibus
t liberis, magnisq; cognatorum, agna-
orum, affiniumque & amicorum ag-
minibus, in Islandiam concedentes, in
bertatem ſeſe vendicabant. Qui ſic
ccupatæ jam Islandiæ partes habita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

biles 60 annorum ſpacio ſua multit
dine repleverunt.

CAP. III.

De lingua gentis.

DE lingua Islandorum res ipſa l
quitur, eſſe *Norvvegicam;* vete
inquam illam & genuinam: nam v
teri Gothicaq; integra ſoli nunc utu
tur Islandi: eamque propterea *Isla*
dicam nuncupamus. De cujus ling
literis primum pauca: Poſtea erit
ejusdem origine brevis diſcurſus, c
pite ſequenti.

Et literas quidem ea lingua duplic
habuiſſe videtur: veteres ſcilicet & n
vas. Novæ ſunt, quibus hodie vul
utimur; toti fere Europæ nobiſcu
communes. Quæ quando primum
uſu eſſe cæperint, nō ſatis conſtat. C
te adhuc Cippi, veteribꝰ literis inſcrip
apud noſtrates, aliquot viſuntur, qu
literas etiā plurimi adhuc norunt,
guntque & ſcribunt: Continetur q
iisdem hæc ipſa lingua vernacula, n
hil immutata. Veterum autem cha
cterum nomen & figuram, qui vol
in ipſo Arngrimo inveniet.

In vocalibus & diphthongis, ut & a
breviaturis huic linguæ propriis, lon

ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

aior eſt varietas: quam ne attingere
idem volui. Deinde etiã literarum,
reliquæ Etymologiæ ac Syntaxeos
ius linguæ, iuſta tractatio, peculiaris
eris copioſa foret materia (præſer-
m ſi quis poëticẽ adiungeret) linguæ
andicæ Grammaticam ſcripturis: id
uod nihilo fuerit difficilius quam
uod de Germanica & Gallica lingua
ræter alias factitatum vidimus.
Circa annum Domini 1216 ſcripſit
uidam noſtratium de literis linguæ
ernaculæ, ſermone patrio: ubi veteres
tos characteres huic linguæ proprios
ffirmat: utroſq;, tam veteres quã no-
os, legitima tractatione perſequitur
er ſuas definitiones & diviſiones lite-
rarũ in vocales & conſonantes: facitq;
ex quinq; vocalibus latinis, octodecim
ſuæ linguæ, ſono & pronunciatione di-
ſtinctas: cõſonantes naturaliter dividit
in ſemivocales & mutas: & illas in li-
quidas & firmas: has in apertas vel
clauſas: mediocrẽ ſcilicet Logicũ agens:
inq; literarũ valore & pronunciatione
tradenda, omnia vocis formandæ in-
ſtrumenta, tam pulmonem & guttur,
quã oris & linguæ auxiliares partes, ad
cuiuſq; definitionẽ artificioſe aſſumit.
Literam *þ* etiam *the* appellat: forſan ad
imitationem Theta Græcorum (quam

propemodum, ut diximus, licet non o-
mnino, exprimit) vel Tau Hebræoru
Quam Hebræam ſi *th* vel *t* Latin
rum rite exprimunt, ut traditum à qui-
buſdam eſt; nihilo propius Thau qua
Theta ad noſtrum *p* acceſſerit. Id
ille noſtras, abſolutis literis, ad figu
dictionis & ſententiæ vernaculo idi
mate tradendas & exemplis noſt
linguæ illuſtrandas ſe confert; reten
Græcis figurarum titulis ſeu nomin
bus, Epizeuxis, Anadiploſis, &c.

Ab hoc vero ſcriptore noſtrate v
teris alphabeti typos accepimus: ubi
quis nonnihil variet, cum eo non co
tendo: nec enim multorum exempla
rium copia facta. Vidimus autem mo
numentũ Gormonis Regis Daniæ, h
characterib⁹ antiquis inſcriptum, typi
Hamburgenſium editum ann. 1591, ad
dita interpretatione per charactere
Latinos: quibus typis non per omni
nobiſcum convenit: quod tamen no
moror. Has autem literas non ad Nor
vvegiam aſtringo, aut Islandiam: ſed ac
linguam; quæ nunc Norvvegica nunc
Danica dicta eſt: ſeu ipſam antiquam
Gothicam; qua etiam id tẽporis uſum
credo totum orbem Arctoum & po-
pulos vicinos; itemque Angliam, Sco-
tiam, Irlandiam; nam de Anglia di-
ferte

te ſcriptum habemus, eam lingua
orvvegica ad VVilhelmi Nothi tem-
ra uſam. *hiſtor. Gunnlaug. Ormſt.*
Cæterum quamvis hæc lingua olim
populis una & communis fuerit;
oſtris tamen, Danici nominis ſem-
r ſtudioſis, ſynecdochicῶs Danica
t appellata (ut etiam eadem Nor-
egica, *Norræna.*)
n Dania autem & vicinis terris tan-
citius mutationi obnoxia facta eſt,
anto quæque gens exterorum com-
ercia frequentiora admiſit. Norvve-
ca vero eadem idcirco dicta, quod in
orvvegia diutiſſime incorrupta man-
rit; cum jam in vicinis terris cæpiſſet
utari: ut & hodie eadem merito Is-
ndica vocatur, quod ea integra ſoli
antur Islandi. Norvvegis enim mo-
rnis (reliqui de ſe viderint) peregri-
orum commercia linguam non adul-
rarunt ſolum, ſed ademerunt: Quem-
dmodum de Italia & Græcia magni
ominis autores ſtatuunt: quæ Lati-
i Græcique ſermonis puritatem te-
uerint, totoque terrarum orbe diſſe-
hinaverint: poſtea vero quam Scy-
hæ & Gothi utranque invaſerint, tan-
a mutatio ſit conſecuta, ut nec Latium
ec Athenæ, ubi nunc ſunt, unquam
xtitiſſe videantur: Sic Parthos, Per-
ſicum;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſicum; Arabes, Punicum: Turcas, Ta-
taros, Sclavos, Græcum; Latinos, Gal-
licum & Hiſpanicum idioma mutaſſe,
præter alios etiam Iohannes Bodinus
affirmat: Meth. hiſt.

Porro ea lingua, olim Danica & Nor-
vvegica dicta, ſolos Islandos uti inte-
gra dicebam; ſi primam & fatalem ſeu
neceſſariam illam mutationis lingua-
rum cauſam excipias. quæ eſt, ut idem
Bodinus ait, in ipſo decurſu tempo-
rum: quibus non modo linguæ, ſed et-
iam res omnes mutantur, ac tota re-
rum natura ſeneſcit. annotavitque ex
Polybio: anno minus quinquageſimo
quam ictum fuerit fœdus inter Pœnos
& Romanos, verba fœderis vix intelli-
gi potuiſſe: carmina vero quæ in ſacris
ex veteri formula canebantur, à pau-
ciſſimis intellecta. Sic videmus, paula-
tim omnium populorum linguas ali-
ter atque aliter mutari, ait Bodinus.
Id quod etiam noſtræ linguæ ex parte
aliqua accidere poſſe, non imus infi-
cias: Sed nequaquam tanto diſcrimi-
ne aut tam paucorum annorum inter-
vallo. Ad cujus puritatem retinendam
potiſſimum duo ſunt ſubſidia. Vnum
in libris manuſcriptis, veteris purita-
tis ac elegantiæ refertiſſimis. Alterum
in commerciorum extraneorum pau-
citate.

ate. Vellem his tertium à modernis ſtratibus adjungi: ne ſcilicet ſcri-ntes aut loquentes vernacule, Dani-rent aut Germanizarent: ſed ad lin-æ patriæ, per ſe ſatis copioſæ & ele-ntis, copiam & elegantiam annite-ntur, eamque ſapienter & docte af-ctarent: minus profecto in poſterum utationis periculum metuendum ret. Alioqui ad corrumpendam lin-am non opus erit exterorum com-erciis.

CAP. IV.

x quæſita origine linguæ Norvvegicæ ccaſio ſumitur diſcurſus de primis Arctoi orbis incolis: & an ad hos linguæ Norvvegicæ ori-go referenda.

Inguæ vero Norvvegicæ originem (de qua jam obiter aliquid dixi-nus) nemo, quod ſciam, hactenus ſatis xpedivit; nec forſan in proclivi eſt. Id-ue ideo quia de gentium migrationi-us & populorum Arctoi hujus orbis rigine pauci ſibi aut aliis ſatisfecerunt: nulti autem ad hunc ſcopulũ navem npegerunt. Taciti, Sabellici & Sipon-ini, & horum autoritatem ſecutorum, aufragium hic videmus: Qui cum ermanorum originem non inveni-

rent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

rent, autochtonas ſtatuerunt. Ann
etiam Angliæ quidam hiſtoricus, de
gentis origine ſollicitus, prudens a
qui & circumſpectus, in hoc freto
tat? Vnde vix ſperare audeam me e
tare poſſe, niſi rectæ rationis trabe
antenna correpta, & ſaniorum ſc
ptorum ſuffragiis, ceu tabulis, collec
ſubnixum, quibus in portum defera

Quare licet quæſtionem tam intri
tam, de primis nempe orbis Arctoi
colis, tenuitatis meæ mihi conſci
merito defugerem; tamen cum ling
Norvvegicæ vel Islandicæ origo h
me vel invitum rapiat, veniam aud
cia merebitur.

Vt igitur ad rem veniamus: unica
gentium, nempe Aſiaticarum, imm
gratione, in orbem Arctoum factam
noſtræ antiquitates commemoran
Sed eam tamen non primam: veru
circa annum tandem XXIV ante n
tum Chriſtum: Romanis exercitibu
auſpiciis Pompeii Magni, in Aſiæ part
Phrygia minore, graſſantibus: illa eni
epocha ad hanc rem noſtri Chrono
logi utuntur. Alias, inquam, gentiu
infuſiones monumenta noſtræ ant
quitatis non exprimunt: Interim ta
men multos Arctoi orbis populos,
incolas, hac Aſiaticorum infuſione

long

e antiquiores, ſuggerunt. Extant
n hiſtorica fragmenta de *Noro*,
vvegiæ ἐπωνύμῳ & regni condito-
leque iis, quos hic, antequam Mo-
chia potiretur, expugnavit, Topar-
ſeu Regulis.
rætereą de *Nori* majoribus aliquot:
r quos pater *Porre* (quem *Thorro-*
) *Gotlandiæ, Finlandiæ, Kuenlan-*
Rex: ſui ſeculi eximius princeps.
uo menſis veterum Norvvegorum
nunc Islandorum nomen habet
rre, qui in Kalendario Iuliano in-
it 10, 11, 12, 13, 14, 15, vel 16 Ianua-
: Habet enim initium mobile pro
lendarii illorum ratione. Hoc enim
nſe cum Rex Thorro Diis ſuis vitu-
facere conſueviſſet; Kuenones eidem
functo, ut Deo cuidam, pro felici an-
, quem à Bruma inchoabant, veterũ
cedæmoniorum more, ſacra annua
cto menſe inſtituebant: eundemque
enſem, à *Thorrone*, *Thorre* nuncupa-
ant. non ſecus ac Lacedæmonii de-
ncto Lycurgo divinos honores tri-
uerunt; extructo in ejus memoriam
elubro, ubi pro Deo colebatur: cui in-
per familiares anniverſaria & con-
entum inſtituebant, qui longo tem-
ore permanſit; dieſque quibus con-
entus celebrabatur, Lycurgidas dice-
bant:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

bant: de qua re vide Cragium lib. de
Repub. Lacedæmon.

Ex *Nori* quoque majoribus comme-
morantur omnes ad avum uſque, u
fuerit *Ferniotus*, Rex Finlandiæ: d
hæc *Fernioti* trium filiorum unus ac
proinde *Nori* patruus maximus, *Lie*
quod flammam ſonat: qui ab excel-
tia formæ dictus eſt *Halogie*, id
excelſa vel excellens flamma. Is
vinciæ *Halogienſis*, *Nidroſienſi* c
terminæ, eponymus fuit.

Extat quoque de *Nori* ſorore
Thorronis filia: ad quam raptu ſu-
tam furtivo recuperandam (ut a
genore patre Cadmus filius ad Eu-
pam filiam quærendam) *Norus* à pa
Thorrone miſſus eſt: quod ut feli
ſuccederet, nova Diis ſacra *Thorro*
ſtituit, menſe priorem illum (*Thor*
poſtea dictum) proxime ſecuto; e
demque menſem à filiæ *Goës* nom
Goam inſignivit: quod menſis nom
ſimiliter moderni retinent Islan
Meminerunt præterea veteres hiſto
Gori, qui *Noro* frater germanus fue
ut adhæc *Gori* nepotis, *Gylvi* nomi
in Suecia rerum potientis: in cu
tempora incidit *Odinus*, (aliis *Othin*)
Aſiaticæ immigrationis, factæ an
24 ante natum Chriſtum, qu

mo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ıodo commemoravimus, anteſigna-
us: *Gylvus* autem patrem *Geiterum*
abuit, & *Beiterum* patruum, *Gori* fi-
os. A *Geitero*, portus prope Nidro-
am urbem *Geitſtod*.

Hæc, inquam, præter alia multa, ha-
itatorũ Arctoi orbis Odiniaria immi-
ratione longe antiquiorum manife-
a ſunt veſtigia: de quorum tamen
rigine verbum nullum. Quia vero
ὐτόχθονας aſtruere, ut de ſuis maio-
ibus fecerunt tum alii, tum vero in
rimis Græci, (maiori tamen cum ve-
ia, quam reliqui Europæi: quippe qui
ecundum Chaldæos, Ægyptios, He-
ræos, præ reliquis populis gloriari de
ntiquitate merito poſſint) ab homi-
e Chriſtiano, librorum Moſis de ori-
inibus conſcio, alieniſſimum eſt; ſatius
profecto eſſet, maiorum originē igno-
am fateri, quam τῶν γηγενῶν opinione
k errore duci: ne ſcilicet quid tale au-
iremus, quod olim quidam Græcis,
b ſuos αὐτόχθονας tã gloriabundis,
cute exprobravit: Moſen nempe, Le-
iſlatorem Hæbræorum, antiquiorem
ſſe Diis Græcorum.

Interim, quia ex ſola ignorantiæ aut
dubitationis confeſſione ſerius emer-
it veritas; aliquid in medium adfe-
endum eſt ad quæſtionē propoſitam:

ut ſcilicet habeat hoc loco Le
πολυίςωρ, quod vel confutet, vel co
firmet. Igitur quinam & unde pri
orbis Arctoi incolæ fuerint: tum qu
do orbem hunc noſtrum incolere c
perint; probabilibus rationibus in
rendum: ut hinc de linguæ origine
qua conjectura exurgat. Vt autem
ſine ambagibus me expediam; q
ſeo, primos Arctoi orbis incolas
gigantum fuiſſe numero, imo me
gigantes; homines monticolas,
mani, interdumque monſtroſo cor
re, monſtroſisque viribus: eoſque
nanæorum poſteros & reliquias, a
Palæſtino à Ioſua & Calebo divi
auſpiciis in Palæſtinam moventi
expulſorum, circa annũ Mundi 2
hancque orbis plagam ad ea uſq; t
pora, aut forſan diutius, prorſus in
bitatam manſiſſe.

Magnum, fateor, & in hiſce is
novum atque inauditum paradox
non uno objectionum ariete opp
nandum: Eorum primo, qui gigan
aut unquam, aut certe poſt diluviu
aut poſt certum aliud aliquod tem
extitiſſe negabunt; conanturque
mnia, quæ non ſolum in prophan
ſed etiam ſacris literis, de giganti
leguntur, nunc figmentorum poët

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

m nomine, nunc per allegorias phy-
cas, interdum etiam morales, elude-
: Deinde eorum, qui quamvis exti-
ſſe gigantes fateantur; eoſdem ta-
en hunc orbem noſtrum primos in-
luiſſe, non protinus largientur.
Primi generis ſunt, quibus cum D.
uguſtino res fuit; (*de civitate Dei,*
b. 15, *cap.* 9) & eoſdem ſecuti, qui
omines giganteæ ſeu prodigioſæ ſta-
ræ unquam extitiſſe, obſtinate nega-
ant. Quos non ſolum Auguſtinus
idẽ nervoſe coarguit: ſed ipſæ etiam
cræ literæ manifeſte refellunt. Pri-
num quidem ſimplici & hiſtorica aſ-
rtione: Gen. 6: *Erant gigantes ſuper*
erram. Baruc. 3: *Ibi ſunt gigantes à*
eculo. Secundo variis eorundem ap-
bellationibus ſeu notationibus, quæ in
acra lingua (ſi qua alia) à re ipſa præ-
ipue peti ſolent: quas hic idcirco, ar-
gumenti loco, ex interpretibus recen-
ſere viſum eſt. Nam & inter alia no-
mina dicti *Emim*, ob terrorem, quem
lliis aſpectu ſuo incutiebant. Quare
tiam Latinus vates ſuum Polyphe-
mum *horrendum* appellat: *Monſtrum*
horrendum, informe, ingens. Dicti quo-
que *Zamzumim*, à ſcelere: quod freti
potentia & ſcelere, contemptores fue-
rint juſti & honeſti. Ad hæc *Raphaim*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

appellati: quod illorum occurſu h
mines quodammodo exanimarent.
Nam & vox illa interdum *mortem*
notat. Denique *Nephilim* vocant,
quaſi dicas *oppreſſores*, quod tyranni
in homines irruerent. Hæc ex inter-
pretibus. Tertia ratio, ex ſacris, pe
eſt à gigantum accurata deſcriptio
utpote corporis ſtatura, viribus,
mis, & aliis adjunctis: tum etiam
ſubjecto loco; ut dicetur. Explora-
res terræ Canaan, ad incolas Enaq-
nos ſeu filios Enakim comparati, lo
ſtis ſimiles viſi ſunt: *Num.* 13. Goliat
magnitudo ſex cubitorum & paln
lorica 5000 ſiclorum ponderis; lanc
inſtar jugi textorii; mucro ſeu cuſ
haſtæ 600 ſiclorum: 1. *Sam.* 17. Og
gigas, rex Baſan, lectũ habuit ferreu
longum 9 cubitos, latum 4: *Deut.*
Tres adhæc gigantes à Davide & ſu
fuſi ſunt, præliis diverſis: quorum un
monſtroſus, in manibus & pedibus ſe
nos digitos habens: (hi traduntur Go
liatho, à Davide fundæ jactu proſtrato
fratres germani fuiſſe.) 1. *Paralip.* 1
2. *Sam.* 21. Qui plura de illorum tem
porum gigantibus (ante vel poſt dilu
vium) ſcire volet, libros Numerorum
Deuteronomii, Ioſuę, Iudicũ, Samueli
Paralipomenon, & alios, conſulat. N

pote

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

teſt igitur dubium eſſe, quin priſco culo vere extiterint gigantes. Et, ne uis roget, ubi? ſacræ literæ iis non ſolum urbes, ſed etiam terrã aſſignant. Kariatarba, vel civitas Arbæ, patris Enaki, vel principis gigantum fortiſſimi. Hæc recentiore appellatione Hebron dicta eſt: *Iudic.* 1. Meminit etiam Beroſus Chaldæus, prope Libanum fuiſſe Enochum, urbem maximam gigantum. Terra porro Ammonitarum, terra gigantum dicta eſt: *Deut.* 2.

Ad prophanos ſcriptores tranſeo: qui etiam de poſterioribus temporibus teſtes mihi locupletes. Apud hos de Oreſte legitur: cujus corpus, oraculi juſſu effoſſum, 7 cubitorum fuerit. Monſtroſum eſt, quod ſcribit Philoſtratus in ſuis Heroicis, viſum gigantis cadaver 30 cubitorum: alterum 22 cubitorum: & aliud quoddam 12 cubitorum. Quibus adde Plinium, qui cadaveris 42 cubitorum meminit, (vel potius, ut alii legunt, 16 cubitorum) in monte quodam Cretæ, terræ motu diſrupto, reperti: Quod alii Orionis, alii Othi fuiſſe crediderunt. *Natur. hiſtor. libr.* 7, *cap.* 16.

Quod ſi his fidem quis abrogare velit; animadvertat, quæſo, immutabilem hunc naturæ morem; *ut quo magis ſe-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

culi curſus prœterierit, (ejuſdem Pl
verba ſunt) *hoc minora corpora pr*
cat Natura : Ac proinde diverſa
noſtri ſeculi cubitus totiuſque cor
ris ſtaturæ ratio, ad eam compara
quæ iſto tempore & ſeculo fuit.
autem communis hominum ſtat
iſtorum temporum, noſtram, quæ
die cernitur, longo intervallo rel
quit; quanto magis gigantea illa m
gnitudo, & naturæ velut anomal
etiam ſuo ſeculo monſtroſa & mi
fidem noſtram ſuperabit? quæ tam
idcirco nõ protinus ficta & falſa. C
ſeo igitur, Orionis, aut alterius cujus
gigantis cadaver, poſt multa ſecula
aut 30 cubitorum deprehenſum,
ſeculi, in quo illi vixerunt, non tot c
bitus habuiſſe. Contraque Goliat
cadaver, ſi poſt aliquot annorum ce
turias viſum eſſet, plures quam 6 c
bitus longum viſendum fuiſſe.

Hunc naturæ moré, hunc curſu
hanc diminutionem, &, ut ita loqua
decreſcentiam, omnes cordati agn
ſcunt; non in humano ſolum, ſed et
reliquo animantum genere : ita ut, a
teſtante ipſa rerum experientia, n
dubitem Plinii locum ad reliqua v
ventia extendere. Sed quia de hom
nibus tantum nobis ſermo eſt, ejuſde

expe

perientiæ naturalis exemplum affe-
m ex 12 Æneidos, quantum nempe
Turni & Æneæ temporibus ad Vir-
lii ætatem, id eſt, annorum circiter
05 ſpacio, naturæ humanæ modo &
enſurę deceſſerit. Loquitur enim
oëta de ſaxo, à Turno in Æneam
brato.

Ille caput quaſſans, ſaxum circumſpicit ingens; (forte jacebat
Saxum antiquum, ingens: campo qui
Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret arvis: (rent,
Vix illud lecti bis ſex cervice ſubi-
Qualia nunc hominum producit corpora tellus: (in hoſtem,
Ille manu raptum trepida torquebat

d diſcrimen & degradationem Natu-
æ in diverſis ætatibus, 1. Georgic.
dem vates innuit: *Grandiaque* (prioris
ætatis (*effoſſis mirabitur*) poſterior æ-
as) *oſſa ſepulchris.*

Dabitur hujus rei recentius exemplum ex D. Auguſtino, *de civitate Dei, lib.* 15 *cap.* 9. qui ſe in littore Vticenſi vidiſſe ait dentẽ molarem, adeo magnum, ut ad formam & modum dentium noſtræ ætatis fuerit centuplus. Addam & illud ex Apocryphis Eſdræ: Et nunc minora eſſe hominum corpora (quã olim,) & deinceps etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

minuenda : propterea quod nat
ſemper effœta reddatur : quæ Pl
verba paululum immutata fuerunt
quam etiam ſententiã D. Cyprian
ſcripſiſſe tradunt, adverſus Demet
num. Id quod de toto genere inte
gendum eſt; non de uno aut alt
exemplo, quod in utravis ætate for
contrarium referri poſſit. Quod ſi
iſta ex Poëtis aut prophanis autorib
nimis hyperbolica videantur: cum
nolim præciſe contendere: dummo
id obtineam, majorem ſpeciem veri
mnibus vel pleriſque ſubeſſe.

Vrgent porro quidam, ſi diis plac
ſatis phyſice, gigantes non potui
exiſtere, niſi etiam primum & ſecu
dum hominem (Adamum & No
chum intelligo) cũ filiis gigantes fu
ſe largiamur: Eo quod, inquiunt, ſim
le generatur à ſimili. Quin ad illu
etiam Beroſi autoritate uti dicuntu
Quamvis autem hic non deſcendo
diſputationem de progenitoribus g
gantum : quod ea hujus loci non ſi
dummodo extitiſſe conſtet: tamen h
Auguſtini reſponſum experientia com
probatum referre non pigebit : Rom
videlicet, paulo ante Gothicam eve
ſionem, fuiſſe mulierem gigante
molis: ad quam viſendam ex diverſ

orb

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

bis partibus plurimi confluxerint: æ tamen parentes habuerit communem uſitatamque hominum ſtatum nequaquam excedentes. Et ſane, r magis mirum, ex communis ſtaræ parentibus naſci gigantes, quam amiliones? Qualem in deliciis Iuliæ, uguſti neptis, fuiſſe quendam longum duos pedes & palmum, Conoum nomine, Plinius autor. Et quoſam binum cubitorum fuiſſe refert . Varro: & ſe in loculis aſſervatos idiſſe, Plinius teſtatur. Cujuſmodi iam unum, cubiti menſuram non xcedentem, in pſittaci cavea clauſum, erfectæ ætatis virum, vidiſſe ſe Caranus profitetur, *de ſubtil. lib.* 11. Ad xioma vero phyſicum quod attinet; identur gigantes non tam qualitate uam quantitate à reliquo hominum enere differre: id quod ipſe ſenſus ommunis dictat. Ideoque ſi qui alier ſtatuerint, cum iis, ut cum ſenſus ommunis expertibus, non contenendum exiſtimamus.

Quod ad Beroſi autoritatem, fide lioqui digniſſimi ſcriptoris: (niſi ſupoſititius Beroſus eſt ille Annii:) ſi ipſe Adamum & Noachum, cum liberis, igantes fuiſſe tradit; cum id ſacris lieris adverſari videatur, recipere non

poſſumus. Nam ſi Adamus gigas f-
ſet; non eſſet in poſteris quibuſdam
novum annotatum: *Et erant gigan-
ſuper terram.* ſimiliterque de giga-
bus Noachi tempora ſecutis. Ne-
iſta movent, quin gigantes vere e-
tiſſe dicamus, quamvis id de neu-
generis noſtri parente largiamur.

Hic porro quidam inſtant, ex lo-
Ioſuæ 14, Adamum fuiſſe gigant-
contendentes. *Adam maximus in-
Enachim ibi* (in Hebro) *ſitus eſt.*
hic ex plurimis circumſtantiis nece-
rio manifeſtum eſt, nomen *Adam*
pellative vertendum fuiſſe. Id qu-
recentior verſio habet: *Nomen Heb-
antea fuit Cariath Arba* (civitas A-
bæ:) *qui Arba homo magnus inter En-
cim fuit.* Nec hoc Lutheri ſpiritum
fellit. Vide ipſius verſionem G-
manicam. Quod ſi Septuaginta leg-
nihil hic de primoAdamo concluſer-
Τὸ δὲ ὄνομα Χεβρὼν, τὸ πρότερον π-
λις Ἀρβαί. μητρόπολις τῶν Ἐνακ-
αὕτη.

Sed & eos ad problematis noſ-
fundamentum configendum parat-
video: qui quamvis ante & poſt dil-
vium fuiſſe gigantes concedant, n-
gant tamen poſt certa tempora. nen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

poſt Ogum, Regem Baſan, nullos
ſſe in terrarũ orbe reliquos gigan-
, contendunt: eo quod in Deuter.
atur, cap. 3: *Solus quippe Og, rex*
ſan, remanſerat, vel reliquus erat,
ſtirpe gigantum. Ideoque quod de
ſteriorum temporum gigantibus af-
tur, conſtanter negare audent. Nos
ro illis aſſentimur, qui negant, ver-
iſta textus abſolute & ſimpliciter
telligenda eſſe: ſed per ſynecdochen:
lus Og reliquus erat, de ſtirpe gigan-
m; ſcilicet in illis locis, circa Iorda-
em; aut forſan, ſolus Regum, ſtirpe
gantea ſatorum, in iſtis locis. Interim
vulgo poterant aliqui reliqui fuiſſe.
einde Ogum Moſes devicit, anno
undi 2492, ex ſupputatione doctiſſi-
i Chytræi: mortuuſque eſt anno ſe-
uente. Aſt poſt mortem Ioſuæ, anno
undi 2511, pugnante in ducatu He-
æorum Iuda, Ioſuæ ſucceſſore, hoſtes
genti ſtatura oppreſſi ſunt, ad ur-
em Hebron; ait Sabellicus. Et atte-
atur ſacra hiſtoria, *Iudic.* 1, percuſſiſ-
Iudam Haimam, Seſai, Tholomai;
ui *Num.* 13 appellantur filii Enachim;
eoque de ſtirpe gigantum fuerunt; &
hilominus Ogo rege tempore po-
eriores. Quin etiam, ut Iſraëlitæ ſuis,
a etiam Madianitæ ſuis finibus, gi-

gantes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

gantes expulerunt. Tum quoque Go-
liathes, cum tribus fratribus, quan
intervallo Ogum gigantem ſecuti ſi
non poteſt niſi temporum & hiſtor
rum gnaro non liquere. Adhæc i
Hieronymi verſione ſtandum eſſet,
cilis foret reſponſio: Vertit autem,
ſtitit; quod alii, *remanſit*. Si *reſti*
vertendum; ſolum Ogum reſtitiſſe,
eſt, rebellaſſe, & non fugiſſe, intellig
re poſſemus. Sed quia Septuagin
κατελείφθη verterunt: ego Hieron
mi textum argumenti loco non aſſ
man .

Quin potius de gigantibus rece
tiore memoria exiſtentibus etiam iſ
ſuperioribus addam. Primum de Gal
bara. (Arabs fuit,) Claudii Cæſaris a
tate, id eſt, circa annum Chriſti 4
Plinius tradit, fuiſſe novem pedum
totidem unciarum, id eſt, ſeptem bra
chiorum ligneorum, cum quarta &
ſedecima, ait Cardanus. Fuere iten
(ait Plinius) ſub D. Auguſto, ſemiped
addito, (ſcilicet ad Gabbaræ ſtaturam
id eſt, qui Gabbaram ſemipede excede
rent;) quorum corpora, ejus miracul
gratia, in conditorio Salnuſtranorun
aſſervabantur hortorum. Puſioni &
Secundillæ erant nomina. Ajacis Te
lamonii magnitudinem, ex Pauſania

teſtimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſtimonio; majorẽ adhuc fuiſſe Car-
anus raciocinatur, *lib.11. Subtil.* Hyl-
vero oſſa, qui Herculi contempora-
eus, Adriani tempore detecta, id eſt,
rca annum Chriſti 118, non hominis
ſa eſſe teſtatur, ſed beluæ. Sed impo-
itne huic dubitationi finem gigan-
um inſula, in novo orbe, quẽ vocant,
eperta? Manifeſtum itaque ex his eva-
it, etiam poſt Ogi tempora extitiſſe
n orbe terrarum gigantes.

Cur autem permiſerit Deus gigan-
es naſci, quamvis ad noſtrum thema
ix attinet dicere: tamen quia curioſus
bjectator (ut ſic loquar) quærere
oſſit, cauſam ex Auguſtino primum
eddemus: *libro ſuperius citato, cap. 23:*
ræſertim quia etiam hinc concludi-
ur, vere extitiſſe gigantes. *Voluit au-
em Deus exiſtere gigantes,* inquit Au-
uſtinus, *ut teſtatum relinqueretur,
m pulchritudinem corporum, quam
aturæ magnitudinem, vireſque carnis,
on eſſe in bonis præcipuis habenda; cum
on minus impiis quam piis contingant.
igantes enim immani ſtatura nihil ad
lutem adjutos, probatur ex libri Baruc
capite: Ibi ſunt gigantes à ſeculo, viri
moſi, bellorum periti: Non hos elegit
Dominus, neque illis viam ſcientiæ de-
it: ſed interierunt, quia non habue-
runt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

*runt ſapientiam. Alteram cauſam ſpe-
cialiorem aſsignat liber Iudicum, c.
2: Quare ſcilicet Dominus non à ſta-
tim exciderit iſtos Eccleſiæ Dei hoſtes: I.
inquit Deus, non delebo gentes (Ca-
naneas) quas dimiſit Ioſua; ut in ipſis
periar Iſraëlem. Et cap. 3: Hæ ſunt ge-
nerationes, quas reliquas fecit Domin.
ut in eis erudiret Iſraëlem & omnes
non noverunt bella Cananæorum: qu.
que ſatrapas Philiſtæorum, omnem
Cananæum*, &c. Ex quibus gigan.
poſteriorum temporum productos
ſerimus.

Cum itaque ex dictis conſtet; e.
tiſſe ſine dubio priſcis temporibus
gantes: ad alteram quæſtionis part.
me confero: An hi noſtras etiam c.
primi, & quo ingreſſu, incoluerin.
Ajo ſane, primos Arctoi orbis inco.
fuiſſe gigantes: cujuſmodi à rebus
ſtis arguuntur. Ita enim Saxo Gra.
maticus in præfatione ſuæ Daniæ
gumentatur: *Danicam vero regione.*
inquit, *giganteo quondam cultu exe.
tam, eximiæ magnitudinis ſaxa, ve.
rum buſtis ac ſpecubus affixa, teſtan.
Quod ſi quis vi monſtroſa patrat.
ambigat; quorundam montium exc.
ſuſpiciat, dicatque, ſi callet, quis eor.
verticibus cautes tantæ grandit.*

in.

exerit? Inopinabile namque qui-
miraculi hujus æſtimator advertet,
nolem, ſuper plano minime aut diſ-
le mobilem, in tantum montanæ ſub-
itatis apicem ſimplex mortalitatis
or aut uſitatus humani roboris cona-
extulerit. Hæc Saxo: qui nobis de
niæ, hoc eſt, patriæ ſuæ primis in-
is, ſufficiens autor fuerit. Sic de
rvvegia & Suecia & terris vicinis,
quidque antiquiſſimum, ita gi-
nteam indolem & naturam maxi-
refert: cujus rei exempla ex hiſto-
peti debent, hic tædioſa futura.
am ut antiqua omittam: illa nota
nt, recenti memoria geſta. De
ffrone gigante, montis Norvvegiæ
ffræ fiall incola, Haraldi Pulcri-
mi Norvvegiæ Regis nutritio. De
umbone item Doffronis ſynchrono:
quo ſinus Boddicus vel Bothnicus,
im *Dumbshaff*, dictus eſt: qui nau-
achia ſolus cum 18 gigantibus con-
gens, prius ex iis 12 orco tradidit
uam ipſe occumberet. De triginta
mul gigantibus, à Dumbonis relictis
iis incendio deletis, ad patris ne-
em vindicandam. Recentius ad-
uc eſt de gigantibus aliquot Norvve-
iæ, auſpiciis *Olai Tryggonis* Norvve-
iæ Regis deletis, circa annum Chri-
ſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſti 995. Recentiſſimum vero, a
1338, *Magno Erici filio* Norvvegi
ge, gigantem 15 cubitorum à qua
viris occiſum eſſe: ut in annalibus
peritur. Adde, quod provincia a
dam, Norvvegię ſeu Finnmarchiæ
termina, *Riſaland*, id eſt, gigan
terra (nam *en Ri* & *Reſe* gigan
ſignificat) antiquitus dicta eſt: a
non longe abeſt *Iotum heimar*, id
gigantum habitatio. (unde eti
num *en Iæt* gigas dicitur.) ut n
hic dicam de *Iötumland*: quo n
mine noſtratibus dicebatur olim
quæ hodie vocatur *Iyland*; & c
pluribus etiam *Cimbrorum* terra
Cherſoneſus, eo quoque nomine a
cto à *Kemper*, id eſt, gigantibus
nantibus. De *Nephilheimar* & *K*
nephil alibi & ab aliis fortaſſe di
dum eſt; ſicut etiam de Gotthis &
Gettis (forte quaſi *Iættis*) aliiſque
milibus. Quin etiam in Islandi
gigantum pervenere reliquiæ: q
rum nomina, habitationes, facino
ſatis nota & ante oculos. Gigantes
tur cum hunc orbem noſtrum pri
incoluerint; quæritur, quando aut
de advenerint?

Videre eſt auté, plæroſq; ſcriptor
hanc quæſtionem, ut ſcopulum qu
da

iam, declinare, aut ad eundem, quod ſuperius dictum, navim allidere. Philippus Melanchthon faculam aliquam hic præferre viſus eſt, dicendo: *Cum primorum hominum ſedes in oriente fuerit: conſentaneum eſt, inde verſus occidentem progreſſos eſſe poſteros; nec natos eſſe in ſcopulis noſtri maris, ut quidam inepte fabulantur.* De eo autem progreſſu; quando aut qualis; non ſatis aperte Melanchthon. Illud igitur eſt quod quæritur.

Statuo itaque, ante diluvium, immo ad annum uſque mundi 2500, (ut ſupra poſitum eſt,) aut eo diutius, hanc orbis partem inhabitatam incultamq; manſiſſe. Ad quam rem magni mihi authores; quos producam. Gilb. Genebrard. Chronol. l.1: *Prima ætas*, inquit, (à creatione mundi ad diluvium,) *videtur transacta intra mundi mediterranea, nec vero ad fines Aſiæ, Africæ, Europæ perveniſſe.* Bodinus ait, *Moſen univerſi mundi hiſtoriam ſcripſiſſe* (intelligit habitati) *ad annum mundi* 2450. Et iterum Genebrardus: *Vt fuere generis humani primordia in Armenia, Meſopotamia, Chaldæa, Syria: ibique ante diluvium homines duntaxat incoluere: ita aliæ regiones ipſæ poſt diluvium ſunt primum habitatæ.* Item adhuc Genebrar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

dus: *Ante ter mille annos* (ſcribit ... tem anno Chriſti 1579) *tota fere E... pa vacua erat*. id eſt, circa annũ mu... 2541. id quod de orbe Arctoo maxi... ſi de reliqua Europa, intelligendum. ... *fere*, dixit: non *penitus*: ut genti... migrationes, poſt annum M. 2500 n... fieri incipientes, non tolleret. Tem... igitur quo Europa hæc ulterior ha... tari cæpta ſit, non ad annum mu... 2500 aſtringimus: ſed motum illu... quo gentes (& in his gigantes Cha... næi) locis & ſedibus ſuis ejectæ sunt... novas etiam in Europa ſedes quære... coactæ, in hunc annum incidiſſe d... mus; ſicut initio à nobis propoſitũ ... Europam vero etiam hinc ſuos inco... accepiſſe, ex antiquis autor mihi P... copius, ex Cæſarea Palæſtinæ ſcrip... oriundus, Iuſtiniani rerum geſtarũ ... lector, circa annum Dom. 530. Qui... hoc idem probandum varios hiſto... Phœnicum aſſumit ſcriptores. Ve... Procopii hæc ſunt; lib. 4 de bello V... dalico, à D. Chytræo nõ uno loco ci... ta: ex quibus inter alia meam opin... nem colligo. *Hebræi*, inquit Procopi... *poſtquam ex Ægypto reverterunt, ... in Palæſtinæ finibus conſtiterunt, Mo... qui eos in itinere ducebat, moritur: ... Ieſus Nave filius ſucceſſit; qui &...*

Palæ...

læſtinam populum introduxit , ac
rtutem ſupra hominis naturam longe
cendens,regionem obtinuit; unde gen-
s evertens, multas civitates facile ſu-
ravit, omnibus inexpugnabilis viſus.
unc igitur univerſa regio maritima,
Sidone uſque in Ægypti fines, Phœ-
cia appellata eſt : quibus unus jam
udum imperitabat: uti omnes teſtan-
r, qui antiquam Phœnicum ſcripſere
ſtoriam. Hic populi numeroſi habi-
avere : Gergeſæi , Iebuſæi , aliique ,
abentes nomina in Ebræis volumini-
us memorata . Qui cum inexpugna-
ilem conſpicerent advenarum exerci-
um, patrios fines deſerentes , in Æ-
yptum vicinam migrarunt; ibique nu-
ero ac ſobole creſcentes, cum non ſatis
ommodum tantæ multitudini locum in-
eniſſent , in Africam penetravere :
bi civitates quam plurimas habitan-
es , omnem eum tractum uſque ad
erculis columnas tenuerunt , Semi-
hœnicia lingua & dialecto utentes:
ppidumque Tingen , ſitu munitiſſi-
um , in Numidia ædificarunt : ubi
uæ ex lapide albo columnæ, prope ma-
num fontem conſtitutæ ; in quibus
hœnicum lingua literæ inciſæ ſunt
juſmodi :

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Nos ſumus Cananæi, quos fuga
Ieſus latro.

Ioſua Hebraice ſiquidem Ieſus. Hæc Procopius. In quam ſententi etiam Hebræorum hiſtorici à Ge brardo citantur. *Ioſua Cananæos,* quit, *partim depulit, partim int fecit. Horum reliquiæ traduntur grasse in Germaniam, Sclavoniam regiones vicinas,* &c. *In ſeder-Ola,* &c. Item: *Et certe illa ætate, tota Occidentem fuiſſe vacuum; paulat vero in ejus regiones veniſſe Orienta populos, apparet ex crebris infuſion bus.* Hæc Genebrardus. Et Bodinu Method. hiſt. cap. 9. *Cananæi, ex a Palæſtino ab Hebræis ejecti, in Illy cum & Pannoniam migrarunt,* (iis f licet migrationibus, quas ex Proco loco ſuperius adducto intelligimu *ut Rabbi David Kimhi ad finem A diæ teſtatur.*

Hinc annotandum cenſui, Can næos in Africa etiam Auguſtini ten pore vixiſſe, & nomen ſuum gent retinuiſſe: Is enim in *libr. expoſit. Epiſtol. ad Roman.* ſcribit, Ruſtic Afros, Hipponæ vicinos, ſi interrog rentur, qui eſſent, Punice reſpondiſſ *Canaani,* &c.

Quare, ut eodem modo conclud mu

ns, quo exorſi ſumus, abſque dubio
tuimus, Cananæos ſeſe in Europam
que effudiſſe, atq; ex ea infuſione or-
s noſtros gigantes, noſtri orbis pri-
os incolas: ut jam minus mirum ſit,
eram *þ*, Thau Hebræorũ correſpon-
ntem, aliaq; Hebrææ linguę veſtigia,
voces integras, (quas quidem non
acte ex Hebræis fontibus eruunt,) in
gua noſtra veteri relicta eſſe.

Interim tamen non diſſimulandum,
iam alias gentes ſucceſſu temporis
has ſe oras intuliſſe; ut circa an-
um mundi 3938, ſeu ante natum
hriſtum 24, de Aſianorum infuſio-
e, Odino duce facta, & ſuperius me-
orata, conſtat: Qua tamen alia ali-
ua, ſive Aſiaticarum, ſive aliarum
entium, immigratio, forſan prior
erit; bellum fortaſſe Trojanum ſecu-
; poſt annum mundi 2772. nam, ut
t in noſtris antiquitatibus, comperit,
Arctoam hanc plagam adveniens
dinus, celebrem vigere apud noſtra-
s veterum Trojanorum memoriam:
uod tamen pro certo affirmare non
abeo.

Næ tu, inquies, bellus es diſputa-
or; Cananæorum poſteros faciens
uropæos; quos conſentiens Antiqui-
as Iapeti genus & poſteros fecit! Ego

vero, quisquis es, mi Lector, Euro
moderni unde genus duxerint, n
quæro, nec dico: Sed, quinam Eu
pam hanc ulteriorem & orbem
ctoum primi incoluerint: nempe
gantes, Cananæorum gentibus ori
di. Eos huc, ut ad loca montoſa & r
gis horrida, naturæ quodam impu
delatos cenſemus; ubi corpora ro
ſtiora gignerentur. Ex qua naturæ
clinatione Græcus vates ſuum Gig
tē Φηρσὶν ὀρεσκῴοισιν, monticolis
montanis aſſimulat. Et gigantes, qu
noſtræ antiquitates in Arctoa pla
plurimos commemorant, omnes fe
monticolæ fuerunt. Iam, quin eti
humaniores aliquot populi, & ipſis
gantibus numeroſiores, has oras ſu
inde intrarint & noſtrum orbem
Ioniis impleverint, non negamus: In
affirmavimus modo, de Odino &
liquis Aſiaticis: qui in Suecia ſubſiſte
ſedes poſuit in *Sigthiur*; ubi civita
quoddam ſimulachrum formare vi
eſt, ad morem veterum Trojanoru
(quorum nomen celebre vigere co
perit, ut diximus:) non ſecus ac
lim Cadmus, in Bœotiam veniens, n
vas Thebas in Ægyptiacarum Theb
rum memoriam condidiſſe legitur.
dinus iſte, omnes veteres inco

Ma

agiæ excellentia in ſui admiratio-
em rapiens, poſt fata cœpit in Deo-
um numero coli: cum prius adhuc
perſtes, inter alias terras Septem-
ionaliores etiam Norvvegiam, inter
ori poſteros ſublata monarchia dis-
ibutam, ſubegiſſet; eamque filio Sæ-
hingoo ſeu Hemingo addixiſſet. Ab
oc Odino poſteriores Norvvegi, &
icinarum Gentium reges aliquot, ge-
us avebant ducere: (cum tamen et-
am ab ipſo Noro ducerent:) utpote
pſe Pulcricomus, poſt Norum & iſtum
Hemingum primus, hoc eſt, tertius
Monarchiæ Norvvegicæ reſtaurator,
uam ab Odino uſque Genealogiam
per multos retro atavos contexi, & à
Rythmiſta ſibi familiari, Theodolpho
Frodo, carmine vernaculo celebrari cu-
ravit. Rythmos iſtos *Inglingatal* vo-
cabant: quod ab Ingone (cujus poſteri
Inglingar) Odini filio initium ſume-
rent. Idé fecit *Haquinus* cognomento
Dives, ſuós majores ab Hemingo illo
Odini filio numerans, Evindi Scaldpil-
leri opera, inſignis Rythmiſtæ; qui
Rythmi dicti *haleygiatall*, eo quod
ipſius majores Halogienſem provin-
ciam poſſediſſent.

His, & forſan (ut dixi aliis populis,
ante Odinianam immigrationem ac-

cedentibus, procedente ſæculo, gen
illud gigantum, Deo ſic providen
extinctum ac velut à ſtirpe exciſu
tandem eſſe, optimo harum regionu
fato, experti ſumus.

Interim ſi qui hodie ſint, qui ma
res & genus ſuum inde à gigantib
uſque numerent; id quod Geneb
dus Germanis opprobrio vertit, (C
nanæorum propaginem appellans:
1. *Chronol.*) odio magis religionis G
manorum, quam imperitia: eoſde
inquam, ſi qui etiam ſint in his noſt
oris, bono nihilominus eſſe anim
jubemus: cumq; Apoſtolo memini
Quod in Chriſto non ſit Iudęus, neq
Græcus, neq; Barbarus, ſed nova cre
tura. Vnde Martinus Borrhaus nerv
ſe in Geneſin: *In Semo igitur & Iape
multos, quos Deus oderit, invenias;
in Chamo, quos amet. ut verum ſit ill
Eſaiæ* 19: *Benedictus populus meus Æ
gyptus: & opus manuum mearum Aſſu
(poſteritas Chami:) & hæreditas me
Iſraël. Quocirca, in quacunque gent
qui timet Dominum, is acceptus eſt ill
Secus vero diſputantes, aut malitia
produnt, aut inertem ignorantiam, quæ
ſacras literas ne a primo quidem, ut di
citur, limine ſalutarint.*

Sed vide quo me linguæ Norvvegicæ
origi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

go abripuerit : de qua cum eſſet
incipalis quæſtio; hæc de gentis ori-
ne neceſſario movenda erant. Ita-
e, ut ex dictis conſtat, in Norvvegia
teri duas quaſi gentes cernimus: (ut
liquas taceam ; de quibus incerti ſu-
us:) Alteram ſane Odino longe an-
quiorem: alteram hoc duce eodem
anslatam. Cæterum antiquior illa
n eam habuerit linguam, quæ poſtea
orvvegica dicta eſt;an vero ex immi-
ratione Aſianorum, eorundemque
nguæ cum veteri illa miſtione, nata
t lingua Norvvegica, non ſatis dice-
e habeo. Quanquam in hanc poſte-
iorem partem facilius declinavero :
liarum gentium exemplo id edoctus.
Plærumque enim ex gentium confu-
ione, linguarum confuſionem ſequi
idemus: Quod de Anglorum in Bri-
anniam, & Saxonum in Belgicam,
deductis à Carolo Magno coloniis,
temque Gallorum in Saxoniam,Bodi-
nus affirmat: linguarum ſcilicet varie-
atem peperiſſe : Et Tuſcorum colo-
nias ex Italia pulſas, Gallorumque,qui
n Germaniam deſertam migrarunt,
tertium loquendi genus ab utriſque di-
verſum conflaviſſe. Quod igitur lite-
ram Hebræam, poteſtate, ſi non figu-
ra; quod voces multas Hebræos fontes

 ſapien-

ſapientes, habeat lingua Norvvegi
id primis incolis debebitur: Quod v
Germani veteres, quod Angli aut a
nationes, ſua quædam in eadem l
gua agnoſcant: id recentiori popu
rum infuſioni, ſive uni, de qua co
ſtat, ſive pluribus, acceptum refe
tur. Nec enim ſubito, ſed pedete
tim, has terras intravit Odinus,
Germania prius & vicinis terris ſu
ſiſtens. Ex qua mixtione ſi nata
lingua Norvvegica; bene antiqua
oportet hæc dialectus, reliquorum
populorum reſpectu, quibus lingu
ſubinde breviſſimis ſpaciis mutata e
cum de nulla gentium infuſione po
Odinum in Norvvegiam conſtet. S
quicquid tamen ſtatuatur in hac No
vvegica ſeu Islandica, veſtigia ant
quæ linguæ Gothicæ, forte an Iōtica
id eſt, giganteæ, maxime eſſe adhu
reliqua, certiſſimum eſt.

CAP. VI.

De moribus ſeu communi vivendi ratione.

SEd de lingua ex noſtro inſtituto ſa
tis. Mores & reliquam vivendi ra
tionem requiris? Poſſem uno verb
ex veterum Norvvegorum moribu
reſpon

ſpondere. Sed propius attingam; & ædam de gentium moribus altius petendo, cum noſtris conferam. Tota ſane vivendi conſuetudo veterum Islandorum ad ſummam videtur frugalitatem comparata: In qua primum habitationes ſeu ædificia; deinde victus & veſtitus ratio; tum reliqua vitæ communis exercitia, breviſſime attingenda.

Nam primum quòd ad habitationes attinet; primam & antiquiſſimam habitandi rationem ſecuti ſunt Islandi: Nempe non per urbes & oppida; ſed, quod de ſui temporis Germanis ait Tacitus, colebant diſcreti, ut campus, ut fons, ut nemus, ut collis aut vallis, littus vel ſinus maris placuit: Non ſolum primævi mundi exemplum hic imitati; ſed etiam ętatis poſterioris: Vt Attica per pagos; Laconica initio, ut tradunt, ſparſim, hinc illinc habitabatur; non conjunctim, aut per urbes: & ut Taciti tépore, circa annum Chriſti 120, nec cæmentorum nec tegularum apud Germanos uſus; (unde quivis de orbe magis Arctoo judicium faciat:) Ita neque poſtea apud Islandos; ſed domus ſuas ligno & ceſpite conſtruebant, opere quidem nec momentaneo, nec in ſpeciem deformi; parietes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

alias ſolo ceſpite, alias ſaxo rudi, ce-
te pro cęmento adhibito, fiebant: q
poſtea interius, opere coaſſato, u
contignationem ipſam, conveſtieba
præcipue in notabilioribus ædific
Atque ſic tectum cum parietibus a
maturum ſenium, gramine viridi
terius quotannis enaſcente, (ceſpit
namque vivum in tecto & parieti
intellige,) conſpiciendum erat. In te
feneſtræ fiebant, raro in pariete; &
cto quidem minus arduo; cujusm
fuiſſe fertur apud Orientales tectoru
conſtitutio. Ligna incolis ſuppeteba
ad littus maris undarum alluvione
jecta; mirando procurationis divi
teſtimonio: cum ſylvæ domeſticæ, l
tullæ tantum, uti exiſtimo, feraces,
ſtis ædificiis non ſufficerent: quæ
men etiam magno fuere ſubſidio, cu
his quæ incolę, quoties volebant, ex
cina Norvvegia, & fortaſſe etiam Grō
landia, petebant: utroque enim na
gationes annuas longo tempore Isla
di habuere. Villarum itaque domus
ſuo fundo quilibet contiguas fere h
bebat: pręter armentorum ſtabula, al
quanto intervallo ab ipſis penatib
plærunque ſita: item igniaria quæda
non prorſus contigua, ad ignis peric
lum vitandum: fortaſſe etiam penuar
quædar

edam, quæ ſolitaria auram & ſic-
tes ventos melius imbiberent.
Focos alebant alii ſylvis domeſticis:
ceſpite bituminoſo, (ut mihi qui-
n videtur H. Iunius appoſite voca-
) Cujus apud nos duo genera: unum
lle & fungoſum, ſub ipſa terræ ſu-
ficie naſcens; nobis *Suordur*: alte-
n denſius, eoque gravius; quod for-
glebam foſſilem ex eodem Iunio
e dixerimus: eo quod, terra alte de-
ſſa, ex fodinis profundis eruatur. V-
mq; autem ceſpitis genus (hoc vero
lto magis) ſole & vento coquatur
us oportet, quam ad urendum ido-
um fiat. Hoc poſterius nobis, ut &
rmanis quibuſdam, *torf*. Cujus in-
ntor perhibetur in Orcadibus Dux
idam Orcadenſis, Einarus Raung-
ldi Ducis Norvvegici de Mære filius,
mpore Pulcricomi Norvvegiæ Re-
; qui idcirco *Torffeinarus* dictus eſt.
abuit ille fratrem *Rolfuonem*, quem
antzius *Rollonem* appellat; qui par-
m Galliarum, Normanniam poſt-
à Normannis ſeu Norvvegis di-
am, occupabat. Sunt autem & alia
ci & ignis Islandorum nutrimen-
, ſed minus vulgaria. Quanquam
itur judicarit Plinius miſeras gen-
s, quæ terram ſuam urerent: nos
contra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

contra eo nos feliciores ducimus; e
que beneficium hic & alibi agn
mus, quibus fomes igniarius &
mandi materia non magno com
qua re ad frigoris intemperiem arc
dam, præter alios uſus ſatis notos
colæ ſumme indigebant; præſer
hyemalibus temporibus,quibus hy
cauſta & fornaces in uſu,ſaxo & pe
congeſtę,per quas flamma facile eru
peret; quæ quamprimum ignis vi
nitus eſſent excalfactæ, cumq; jam
fumaſſet hypocauſtum, frigida cam
ſaxis candentibus aſpergebatur; c
pacto calor ſeſe per univerſam do
efficaciter diffundere ſolet; qui ſic
iam pariete & tecto cæſpititio opti
cõſervatur. Memini autem,me bal
publica excalfaciendi ſimilem ratic
apud extraneos alicubi obſervare. P
ter hypocauſta autem, domus al
aliis uſibus deputatas habebant; ut
bile,. cænaculum, & alias complure

Fuitque hæc communis ædifica
ratio & modus ad frugalitatem, n
oſtentationem & oculorum delici
comparatus, & neſcio quid cum la
datiſſima Spartanorum conſuetudi
commune habens: quorum inſti
tum refertur, ut domus non niſi ſe
& ſecuri extruerentur. Quod ſi q

te

ta & parietes cæſpititios Islandis, ut
quiddam & contemptibile & nihil
iqui referentes, objiciat, aut, ut fieri
et, etiam exprobret: is Flavum Vo-
um legat, de tribunali ſeu ſuggeſto
ſpititio: itemq; de centum uno loco
cæſpititiis Cęſarem. Sin autẽ foro,
mo etiam ſacris, non indigni anti-
s viſi cæſpites, neq; ſane nos eorun-
n merito pudere aut debet, aut po-
t. Sed ne viderentur Islandi mera ino-
, aut etiam inſcitia, rudibus ædifi-
& paupere tecto uſi: domus quaſdã
nmemorare poſſum CXXVI pedum
gitudine; quaſdam CXXXV; ut ſupra
Ingulſi ædificiis retulimus: quaſdam
em CXX pedum longitudine, & LX
itudine; de quibus poſtea: quaſdam
am, quarum laquearia contignatio,
parietum inveſtituræ ligneæ, arte
lptæ, vetuſtas rerum geſtarum hi-
rias retulerint. Habitationes itaque
s, in hunc modum extructas, ſpaciis
ibuſdam campi fertilioribus ad cul-
ram deſtinatis includebant: quæ ſpa-
deinde, aggere congeſto, ad armen-
arcenda, indefeſſo labore cingebant.
ſcua adhæc ſatis vaſta, cuilibet fun-
aſſignata ſunt, certis limitibus ſeu
uſuris, de quibus cap. 8, alia ab aliis
ſtincta. Fundus autem ſeu habitatio
quæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

quęlibet à primis conditoribus nom
plærumque accepit: interdum et
aliunde, ſicut montes, flumina; ut
perius monitũ: ut hac ratione prim
incolas ἐπωνύμως ipſa loca vel ſi
nominibus apud omnem poſterita
loquerentur.

Ab ædificiis ad agri & terræ cu
ram ac victualia procedo: quæ pri
incolis aliqua ex parte bene ſucce
ad fruges indidem comparandas:
neſcio an æque ubique. Interim tam
Hiörleifus ille ſupra commemora
ſervos agricultura exercuit: & *Gun*
rus quidam de *Lidarenda*, ſemen
faciens, ab inimico gena vulneratu
ſimiliter *Höſchulldus Huitarnesgode*
ciendo ſemente occupatus, occidit
Hinc ab agris quorundam locor
nomina propria. Hinc lex de frum
to poſt meſſem congerendo, veh
do. (ubi de ſervitutibus, quas p
diales juriſconſulti vocant.) Qua
mnia aperta ſunt apud primos Isl
dos agriculturæ veſtigia. Quod eti
in hunc fere diem à nonnullis M
dionalis Islandiæ colonis tentatum
audio: ſed ſolo & cœlo à prima
bonitate poſt tot ſecula minus reſpo
dentibus cum fœnore: Fortaſſe etia
agricolarũ cura minus ſolers in cau

t; poſtquam frumentum adventi-
um magis in uſu eſſe cæpit.
Et quia agricultura illa ad fruges &
rra initio aut non omnibus uſitata,
it minus frugifera viſa eſt; mox pe-
liaris agri colendi ratio nata eſt: qua
mpos ſeu ſpacia illa, quæ ipſos in-
udere dicebam ſuo ambitu, fimo ſter-
prabant, præſertim bubulo, ad fœni
æſtantiſſimi ſectionem: quo armen-
, ac in primis vaccas, uberioris lactis
atia, commodiſſime paſcerent. Quæ
uidem agricultura etiamnum retine-
ur: & ſolam fere coloni mediterra-
ei magis exercent: cum maritimi
piſcatione magis vivant; quo et-
m remotiores illi ſive mediterranei
mulos quotannis piſcatum ablegant.
trumque igitur æquor, ſolum dico &
lum, ad vitæ ſubſidia, Islandis ſuo
uodam modo arandum fuit. Qui-
us præterea victualium loco abunde
ppetebant oves, boves, ſues, hœdi:
im piſces varii generis, præter mari-
os, ex fluminibus, lacubus, ac rivis
ſſim obviis; unde tanquam è naſſa
uadam petere licuit; præcipue iſto ſe-
ilo: adhæc lac, & lacticinia, cum bu-
ri ex armentorum grege perquam
ata copia: præterea aves magno
umero: alias cicures; ut gallinæ &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

anſeres domeſtici; aut alterius gener
volucres ſub dio agentes; etiam
montanis locis ſolivagæ; quas poſſe
ſores in pedibus ſignabant, ut ſua
quilibet facilius repeteret: alias qu
dem non cicures; quas certis dolis c
piebant; ut anſeres & anates prate
ſes, perdices, cygni; & marinæ quar
plurimæ, quarum nomina nec tene
nec proprietates. Vtriusque autem g
neris aves, cicures & non cicures, a
ova, aut ſeipſas, aut utrumque in h
minum uſus exhibebant.

Præter potum nativum ſeu ſeru
lactis expreſſum (cujus hic tanto m
lioris copia quanto lac præſtantiu
adeo ut decunx aquæ cum uncia ſ
miſtus, ſaporem penitus non obtu
dat; quin ſerum magis quam aqua
ſapiat) etiam polentam coquebar
favo mellis aut aqua mulſa interdu
adhibitis: Interdum etiam liquore
baccis quibuſdam hic naſcentibus.
& cereales liquores ab exteris impor
bant veteres Islandi; ut & farra &
alias: ſiquidé propriis navigiis inſt
cti erant; quibus pro lubito Dania
Norvvegiam, Sueciam, Scotiam, Sa
niam, Anglias & Irlandiam quotan
inviſebant. Itaque luxus & gulæ irr
menta non defuiſſe quidem noſtris

lan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ndis, hinc intelligitur: quibus ta-
en omnibus aliter uſos, ſatis conſtat;
oc eſt, ex naturæ, non gulæ aut vo-
ptatis præſcripto. Quare quod de ſua
enſa dixiſſe Epaminondam ferunt:
*ale prandium non eſſe capax proditio-
s:* id, vel quid ſimile, de noſtra men-
merito forſan uſurpavero: Gulæ ſci-
cet irritamentis carentem (non quod
aberi non potuerint; uti jam dictum;
d quod adhibita non fuerint) invidia
x qua proditio) quoque caruiſſe; in-
erim ſufficiente victus ſalubris copia
equaquam aſpernandam.

Nihilominus tamen honeſtis convi-
iis & cõſeſſibus minime carebant no-
ri veteres: & quidem ſine ſorditie: ſive
onvivarum numerum, ſive exhibito-
um conviviorum tempus ſpectemus.
tenim *Theodorus* & *Thorvaldus* fra-
es, Borealis Islandiæ cives in *Hialltæ
al*, patri ſuo *Hialltæ* juſta ſolventes,
onvivium 1200 capitum exhibuerunt
ies integros XIV; potioris notæ viris
unere aliquo ornatis. Et Occidenta-
s Islandiæ incola, *Olaus* cognomento
a, cum fratribus duobus ſumptus fe-
it 900 virorum convivantium, etiam
d diem uſque decimum quartum; vi-
is primoribus non indonatis dimiſ-
s. Et hæc quidem convivia, (cujus-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

modi infra plura commemorantu
privatis ſumptibus exhibita ſunt, ſ
notabili rei familiaris detrimento. I
vero victualium tam benigna cop
& ingenium gentis tam liberale &
ſorditie alienum, ſummam in hac n
tione, ſi qua alia, hoſpitalitatem,
iam in peregrinos, gignebat: quæ, ſ
Islandiæ laudibus non poſtrema, h
brevi elogio ſit contenta.

Quod ad reliquam victus rationem
attinet: illud Plutarchi, ſupra poſita
Lycurgi legem de ædificiis exponent
convenienter expediet: Comparatu
nempe fuiſſe ædificio lectum; lecto
ſtem; huic reliquum cultum & orn
tum. Luxu ſcilicet & levitate, tum m
xime faſtu & ſuperbia, remotis. Cui
hil derogabat, quamvis proceder
tempore unus aut alter extraneoru
veſtitum importabat: Nam vulgo,
de more gentis panno Islandico veſt
bantur: Sin minus; id ut novum qui
dam annotarunt hiſtoriæ. Nil itaq
veriti ſunt noſtrates levia ingenia, cir
cultum corporis & veſtitum ſolicita
nec Ageſilaus Lacedæmoniorum R
Ægyptios, à quibus ob vilem veſte
deriſus eſt. Interim vero ditiores, pa
ni extranei, & quidem optimi, nu
pallium, nunc tunicam aut togam a

jung

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

gebant, non indecore; cum id, tem-
s aut alię circumſtantię poſtulare vi-
rentur. Nam & carbaſus, & veſtis
ea, (ad mulierum pepla in primis,)
canabina veſtis, cum reliquis extra-
orum mercimoniis, quæ tamen ho-
erno fuco carebant, importabantur.
quibus emendis & utendis cum ſe-
ens ætas à veteri illa frugalitate de-
neraret, lex de preſcripto veſtitu lata
; (quæ etiam hodie obtinet nomine
nus:) Non ſecus, ac ſapientiſſimus
curgus ſuis, veſtium non tantum
ecium, ſed formam modumque prę-
ipſit: Quamvis noſtri non ita ſtricte
ſervarint: Nam argento uſi ſunt &
ro: ſed parcius. Monetam Islandis
on uſitatam reperio: veteribus, in-
am, illis: ſed argentum ſtatera ap-
nſum eſt: Mercium autem commu-
tio frequens. Ad hæc annuli aurei: &
millæ: utrumque in mnemoſynis
equens: à ſuperioribus ad privatos:
l ab amico ad amicum. Nec de ha-
tationis aut victus ratione plura:
on enim τὴν οἰκονομικὴν aut Διαι-
τητικὴν magis ex profeſſo, multo mi-
is rem obſonatoriam aut coquina-
am hic tractamus: Nam, ut titulus
tendit, Rem publicam, non priva-
n, propoſuimus.

Prȩter autem communem victu
habitandi rationem, etiam exercit
rum quorundam publicorum, in
quinti hujus capitis, mentionem f
Ea ſunt vel ſeria, vel ludicra. Seria ſu
in quibus victoriæ contentione an
incaleſcebant: extra tamen furorem
excandeſcentiã. Talia ſunt palæſtra
ἱπποµαχία. In palæſtra viri, ac ju
nes, experiendi roboris gratia, eti
nudi colluctabantur: Quæ conſuetu
Spartanorum fuit: niſi quod noſtri p
be tenus tantum ſeſe nudarint; ill
ſcilicet ex Olympiacis certaminib
mutuàti, ne ſubl'gacula exuerent. N
unctionis apud noſtrates fit mentio
apud Spartanos. Durat hujus conſu
tudinis à majoribus acceptæ etia
num ſpecimen aliquod. Ad palæſtra
etiam alia gymnica exercitia refero:
pilæ, & jaculandi certamẽ. Pila aut
n̄on ſcortea nec lanea, nec tomen
floccisve infarcta; ſed vel lignea,
durioris alicujus materiæ, intelligen
eſt: Ea enim ſæpius vulnera infli
ſunt peſſima. Pilam namque niſi c
luſor manu comprehenderet, à vult
re aut etiam verbere ipſi metuendu
fuit, ſi caput vel faciem fortiter imp
cta feriiſſet. Nec enim nullo pericu
certare volebant. Iaculatores aut

git

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſtta, aut funda Baleari ſe exercebant: ut etiam haſta velitari, ſeu jaculis: uibus non minus quam ſagitta, quod ellent, configebant. Ad quam artem certorum robur plurimum contule- at. Ἱπποµαχίαν appellare viſum eſt dorum genus quo noſtrates equos eneroſiſſimos ferociſſima pugna in- r ſe committebant: *Heſtapyng: He- avvyg:* unde alii victi abibant, alii ccisi non abibant. Inſtigabantur au- em quilibet à ſuo domino vel ducto- e, & agebantur loris vel bacillis, quo riorem pugnam cierent: Nec alia in is ludis virorum opera fuit: id quod men ſumma animi intentione age- ant; adeo ut ſiquis hic dolo aut ma- fraude uteretur, aliave extraordina- a injuria, ſæpe ad arma concurſum t, ſed id præter morem & intentio- em ludorum. Quamvis autem non cile conjicio, quis finis huic certa- ini propoſitus fuerit alius quam vi- oriæ forſan propoſitum præmium: iginem tamen, ut reliqua gymnica, Græcorum ludis traxiſſe videtur; ios ipſi πολεμιστήρια & ἱπποδρόμια uncupavere Athenis, in honorem heſei inſtitutos, (quanquam illic cur- potiſſimum equorum certatum in- lligatur:) vel forſan à Romanorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ludis Circenſibus,quos *Equiria* ap-
latos, & in Martis honorem inven-
fuiſſe, conſtat; & in quibus equos
cuniam ſive præmium meruiſſe (
curſu, ſive pugna) ex Plinio diſcim
Ludicra exercitia, in quibus animi
laxatio magis ſpectabatur,quam ro-
ris experimentum, ſaltationes fuer-
muſicæ, ut ſtaticuli & orbis ſalta-
rius. Staticulos voco ſaltationem
ſtatos muſicos concentus; quæ c
men vel cantilenam quaſi præcept
ſaltandi adhibet: Præcinit auten
unus: duo pluresve paulo ſubcinu
reliqui ad numerum ſeu rhythm
ſaltant. Orbis ſaltatorius viris &
minis alternatim incedentibus c
ſtabat, & quodammodo interſe
& diviſis. Videtur utrumque ſalta-
nis genus,ſaltationis Græcorum ſi
lachrum aliquod referre: & quid
orbis ſaltatorius ὅρμῳ Lacedæmon
rum non abſimilis: niſi forte in
re:quod hic ſinguli ordine cantilen
aliquam cantant per certas pauſas,
midiis verſibus (qui à choro reliq
una voce canendo repetuntur) c
ſtantes: ad finem ſingulorum v
ſuum, principio vel fine primi ver
reduplicatione quadam (aliquan
etiam ſine ea) intercalato.Si plura

tatio

onum genera quis numerare velit;
tamen referri commode poſſunt.
o autem ingenuas tantum. Ludi-
rum etiam puerilium plura ſpeci-
na apud noſtrates reperiuntur; ut
illationes, cindaliſmi, aſcoliaſmi,
bdidraſcindæ, myindæ, baſilindæ,
ytrindæ, dielcyſtindæ, epoſtraciſmi,
. Et jam hoc caput de moribus ſeu
mmuni vivendi ratione Islandorum
olviſſe videor: Nam quæ fori aut
rorum propria ſunt, ſpecialius tra-
ntur. Hæc, inquam, de victus ratio-
veterum illorum: Ad quam, quan-
m ejus fieri poteſt, horum tempo-
m conſuetudo accommodata eſt.

CAP. VII.

Forma Reipublicæ Islandorum: & ſimul de eorundem Religione Ethnica.

GEntem Islandicam à ſubjecto loco
& quibuſdam adjunctis hactenus
eſcripſimus: ad quæ ſimul efficiens &
ateria quaſi concurrebant. Sequitur
juſdem forma Reipublicæ & conſti-
tio: ex qua demum patebit, an au-
acter nimis vel abuſive reipublicæ &
ivitatis appellationem hoc loco adhi-
eamus, eo quod urbes non habeant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Islandi. Quibus pro me reſpon
Io. Bodinus, *Method.hiſt.cap.6.* F
lia, inquit, *tres perſonas: colleg*
quinque eodem imperio domeſtico
tentas complectitur. Reſpubica a
ex pluribus conflata familiis (aut c
giis) *etiamſi locis ac ſedibus à ſe invi*
divelluntur; modo ſint in unius imp
tutela, ſive unus imperet omnibus,
ſingulis univerſi, ſive pauci unive
Item: *Non refert*, (ſcilicet ad conſti
tionem Reipublicæ,) *utrum eodem*
coëant familiæ, an locis ac ſedibus ſe
gantur: Non aliter atque familia dic
eadem, tametſi paterfamilias ſcorſi
liberis & ſervis, aut hi à ſe invicem,
corum intervallis diſtant: modo pat
familias legitimo & moderato imp
conjungantur. Moderatum dixi, q
hoc maxime differt familia à Republ
quod hæc ſummum & publicum, illa
deratum & privatum imperium hab
Ex his tandem rotundam Reipubli
definitionem infert: præmiſſa an
variarum de hac re ſententiarũ co
futatione. *Ex quo*, inquit, *illud eff*
tur; ut Reſpublica nihil aliud ſit, qua
familiarum aut collegiorum ſub un
& idem imperium ſubjecta multitud
Hæc ex Neratio, Vlpiano, & Apul
aliisque compluribus: inquit Bodinu

Ta

lis vero cum ſit hæc hominum ſo-
tas in Islandia coacta,(ut ex ſequen-
us erit manifeſtum;) nos eam Rei-
blicæ nomine fraudare noluimus:
neque civitatis ; (quæ non ſolũ eo-
m imperio , ſed jure quoque ſeu le-
bus eiſdem, rectiſſime ab eodem Bo-
no definitur;) quum id pariter Is-
ndorum Reipublicæ conveniat. Sic
eſar Helvetiam totam , unam civi-
tem adpellavit. *Omnis*, inquit, *civi-*
Helvetiæ , in quatuor pagos diviſa
. Sic Cicero Tuſculum municipium
omana civitate contineri dixit. Sic
nſorinus apud Appianum Cartha-
nenſium legatis reſpondit; ſe urbem
rthaginis deleturum; civitatem ve-
Carthaginis non deleturum. Sed
di Antonini Imperatoris legem ,
i omnes homines liberos, monar-
iæ Romanæ finibus comprehenſos,
ves Romanos eſſe juſſit. Non eſt igi-
r mœnibus eiſdem & area definien-
civitas. Sed poſtquam ad has me
ammaticationes (ut ſic loquar) le-
orum quorundam difficile adegit
latum, ad rem revertamur. Itaque
ud noſtrates , cum viri boni & pru-
ntes popularium ſuorum cœtus in
ſtam gentis multitudinem excreſce-
cernerent;de aliqua Reipublicæ for-
ma,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ma, qua promiſcuum vulgus in offi
contineretur, mature cogitare cœ
runt, τῆς ἀναρχίας ἀνομίας
τῆς ὀχλοκρατίας incommoda fa
expendentes. Quod ipſorum co
lium ad annum à primo ingreſſu
ageſimum (quouſque ſcilicet inco
rum & habitationum numerus auct
eſt) non equidem adſtringo: cum
legibus ante ſexennium uſitatis ex
nalibus conſtet, circa annum nen
Domini 928.

Primus ſtatus Reipublicæ Islandi
Ariſtocratia fuit. In qua quidem p
mum civitatis Islandicæ partitio: t
munerum publicorum diſtinctio:
tio legum conſtitutio: quarto Relig
nis mutatio, conſideranda veniu
Religionis forma initio cum rebus
vilibus ob commune ſubjectum (
crorum nempe & fori locum eu
dem, eoſdemque antiſtites) mixta.

Ariſtocratiam igitur ſeu optimat
ſtatum condituri Islandi, (cum te
ſparſim, non conjunctim habitaretu
civitatem ſuam primo in quartas
tetrades, à mundi cardinibus princi
libus denominatas, & ſupra poſi
terminis diſtinctas, (qualis etiam f
ipſius inſulæ partitio geographica
perius, *ad finem capitis* 1,) Boreale,

Or

ientalem, Auſtralē, Occidentalem,
titi ſunt. Quartas rurſus in tertias:
ſi Borealem: hæc enim, utpote reli-
s amplior, in quartas tributa eſt.
rtias vero iſtas iterum in ſuas partes
dividebant: alias quidem decimas:
as paulo aliter. Quibus cum nomen
nveniens non invenirem, vernacu-
n retinui: quod illis eſt *hreppar*: nos
pas (quibus etiam à ῥέπω etymon
n inconveniens) fingamus. Prima
m hic erat publico munere fungen-
m ἀῤῥεψία ſive ἰσοῤῥοπία. Æqui-
enim ſeu ſententiæ & judicii atque
imorum æquilibrium, in reliquo
giſtratu ſervandum, merito hic in-
ere debuit. Niſi quis hic ad *Reeb*, id
funes, quibus diviſio fiebat, reſpe-
m eſſe maluerit, de more etiã ipſo-
n Hebræorum antiquiſſimo.
Reppa quælibet regulariter ad mini-
m XX (nam ſæpe plures) colonos
inebat, certo rei familiaris augmẽto
initos: infra quod nõ licuit tenuio-
us *reppis* accenſeri; ditioribus licuit.
Porro in ſingulis tertiis, ut & Borea-
quartæ quartis, quas olim (*pyng;*
die etiam *ſyſlu, herad*) præfectu-
appellabant, tria loca inſigniora
ignabant, foro ſacrata & judiciis,
Præter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Præterea etiam ſacris Ethnicis dic
illis *hoff:* nobis lararia & delubra.
rarium quodlibet pro ratione hu
terræ magnifice extructum erat. Q
rum duo leguntur fuiſſe 120 ped
longa: Vnum in præfectura *VV.*
dal, Islandiæ Borealis: Alterum
Kialarnes, meridionalis Islandiæ
hoc quidem pedes latum 60. Sing
adhæc lararia fanum in ſacelli mo
ſibi adjunctum habebant. hic locu
cratiſſimus: hic idola & dii manu
cti in ſuppedaneo ſeu ara quadam c
ſiſtebant; quos-circum pecudes iisd
mactandæ diſponebantur. Deor
autem princeps & medius Iuppi
illis *Thor.* à quo Septentrionalia
regna diem Iovis *Thorsdagh* etiamn
indigetant. Huic reliqui Dii colla
rales; quorum nec numerum cert
accepi, nec nomina. In veteri tamen
ramenti formula (cujus poſtea
mentio) tres præter Thorum nom
notantur: *Freyr*, *Niordur*, *As*. Quor
tertium, nempe *As*, exiſtimo eſſe *O*
num illum famoſum, inter Divos E
nicos non poſtremum habitum; (
jus ſupra memini:) dictum *As* ſyn
dochicῶs, quod is Aſianorum huc
Septentrionem migrantium princ
fuerit: ſingulariter namque *As*,
n-

XXIX. Ex remotioribus, utpote brinis & ſobrinorum liberis, &c. ut iſque ſanguine proximus, ita ad hæ- litatem primus cenſetur.

XXX. Tandem vero, non reperto i defunctum cognatione attingeret, na vacantia, iſtius provinciæ ma- tratus, in qua quis obiiſſet, occu- vit.

XXXI. Lege etiam obtinuit ἀλλη- κληρονομία, ſive mutuę ſucceſſionis ctũ, ex ſemiſſe, vel etiam triente, aut rer, inter cõiuges aut commilitones ceptum, qui ex ſocietate bonorum, damni & lucri mutua communica- ne, invicem devincti eſſent. Sunt æterea multa huc ſpectantia, quæ nittimus: ut, Si quis in Gronlandia aliis terris non pręſentibus hæredi- s diem obiiſſet: Quomodo nempe na relicta, ne legitimo hæredi fraus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

fieret, tractanda eſſent: Aliique caſ[illegible] pene infiniti.

2. *Tabula exhæredandorum.*

Certis porro de cauſis quibuſda[illegible] hæreditatem adire non licuit. Vt ſun[illegible]

1. Stupidi & ſenſus communis ex[illegible] pertes. His etiam coniugio interdictu[illegible] ſine conſenſu tutorum: & liberi ex h[illegible] nati exhæredandi erant.

2. Geniti ex libero & ancilla: & cõtra[illegible]

3. Cuius mater poſt diem quadrage[illegible] ſimum à conceptione manumiſſa eſ[illegible] Natus tamen inter liberos habebatur[illegible] ſed qui denuo manumittendus eſſet.

4. Cuius pater à domina manumi[illegible] ſus eſt ut ei nuberet.

5. Cuius pater vel mater capitis da[illegible] mnati ſunt; etiam in coniugio nati; ni[illegible] in exteris naſcantur.

6. Parentibus mendicis natus, & ipſ[illegible] oſtiatim educatus: quamdiu ſcilice[illegible] oſtiatim vivit, & triennium à mendi[illegible] cationis tempore proximum. Excip[illegible] morbo aliquo affectos. Huius ſupr[illegible] fuit mentio.

7. Infans, niſi vivus edatur, & ci[illegible] bum capere poſſit, ad hæreditaten[illegible] non pertingit. Quamvis ſcilicet poſ[illegible] diem à conceptione quadrageſimum[illegible] hæreditas aliqua obtigiſſet.

8. Quorum pater octogenarius ſin[illegible]

hæredum[illegible]

æredum conſenſu uxorem duxerit, lias hæreditates, quam patris, adeundo. Nolebant enim ſenem liberos procreare, quos per ętatem ſuſtentare non poſſet, ſi inops: ſin dives; vetitum ſenis hæreditatem per nuptias non neceſſarias à primis hæredibus alienari. Vide pœnam ſecundarum nuptiarum, *de iure civili:* quas ſine filiorum conſenſu aut defuncti conceſſione contrahere non fuit licitum.

9. Liberi ex poſterioribus nuptiis in bigamia ſuſcepti exhæredantur.

10. Fœminæ etiam, natorum parentem celantes.

11. Si quis hominem ſpe adeundæ hæreditatis necavit, per ſe vel alium occiſi hæreditatem nunquam adito. Sunt & alia hujusmodi.

3. *De Tutelis.*

Quia ſæpe pupillis & infantibus hæreditates obtingere ſolent; legem de tutelis eodem titulo noſtri conjunxerunt, non minus prolixam quam variam. Cuius ſumma eſt: *Tutela jus, hæreditariæ ſucceſſionis ordinem ſequitur.* Viris enim ante ſedecimum ætatis annum; fœminis ante vigeſimum, hæreditaria bona uſurpare non licuit: niſi viduis, ſi nupſiſſent legitime. Iis etiam ante ſedecimum annum bonorũ ſuorum

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

rùm uſusfructus lege conceſſus eſt, u ex cognatorum tutela ad eas jure cognationis pertingens. *Tutela ſimilis eſt cura ſive curatio:* furioſi, prodigi, muti ſurdi, vel alioqui perpetuo morbo laborantis; omninoq; omnium qui rebus ſuis proſpicere nequeunt: majorum ſcilicet quam qui pupillorum nomen merentur. Vtraq; autem, *Tutela* nempe & *Curatio*, vel legitima eſt, vel dativa. Legitima; quæ ipſo jure & lege cuipiam competit. Dativa quæ à legitimo tutore vel curatore, vel à quopiam in propria poteſtate res ſuas habente (ut hic jam curationis nomen nonnihil extendamus) aliis datur & refertur. Hæc enim tutelæ & curæ quædam translatio jure veteri & novo obtinuit. Porro hic tutores & curatores nõ tantum ob bona tuenda & curanda, ſed etiam ad pupillos, aliosq; natu majores pupillorum vicem gerentes, item inopes & egenos alendos & educandos, dati: ſervata exceptione de mendicis non alendis; *ſupra*. Hinc *Omagabalkur*.

4. *De fundis intra certum tempus repetendis.*

Ad hæreditatis occupandæ & uſurpandæ iuſtam ætatem quum quis perveniſſet; ſi quæ bona immobilia, ad ipſum lege pertinentia, tutorum mala

fide

de aut incuria alienata fuiſſent; eadem repetendi certum tempus & modus deſcribebatur. *Et tempus quidem decem annorum utilium*, ut periti juris loquuntur: hoc eſt, ex quo tempore quis ſcivit, bonorum poſſeſſionem ſibi competere. eaque ſive per ætatem quæcunque, ſive alia, (quæ pro legitimo repetitionis impedimento, ut ſunt furor, imperitia, &c. æſtimantur,) petere potuit. Modus vero repetendi, & caſus eodem ſpectantes, tam late, tam diſtincte exponuntur, ut vix in ipſo iure civili quicquam diſtinctius. In quam materiam, ut plæraſque, brevitatis ſtudio falcem non immitto.

5. *De fundorum limitatione & diſtributione.*

Vt vero quis fundis & prædiis ſive urbanis ſive ruſticis legitime uteretur, leges de agrorum diſtinctione acceſſerunt: quę vel per aggerem, vel rivos piſcoſos & flumina, vel per limites ſaxeos, nonnunquam horũ loco colliculos vel monticulos terrę peculiari ratione inſignitos, vel in ſylvis per arbores peculiares, fiebat: vel alioqui ductas ab uno certo loco ad alium lineas viſuales horizontem recta interſecantes. Quibus limitibus nomina propria indiderunt, ut ad poſteros facilius transmitterētur.

Prædium

Prædium autem unum & idem ad plures dominos ſpectaret; dom um, agri, paſcuorum diſtributio & quatio fiebat, omniumque commod tatum huc ſpectantium, ut ſylvaru piſcaturæ, aucupii & lignationis in l cis maritimis, ubi fluctus, ut alia, etiam ligna ſive arbores, undarum a luvione excorticatas, magno procur tionis divinæ argumento, (in qu agnoſcenda & extollenda me tautol giæ non piget,) in littus eiiciunt. Ha fundorum & ad fundos pertinentiu commodorum ęquatio, ſemel legitim facta, nunquam iteranda fuit aut in fringenda: ſed ut lucrũ, ſic periculun & damnum, ſingulorum propriun fuit, non commune.

TITVLVS DE CONTRACTIBVS.

Quum itaque quis in hæreditate iuſte conceſſiſſet; quia etiam in com merciis humanæ ſocietatis nervu quodammodo ſitus eſt; de contracti bus leges additæ; de emptione, vendi tione, locatione, conductione re rum, ſive mobilium, ſive immobi lium: de ſervitutibus item, quas reale Iurisconſulti vocant: quæ in quo ſun apud illos diſcrimine, ita fere apu nos. Eſt autem ſervitus realis ſeu præ dialis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

alis; conditio, qua iura unius prædii
inuuntur, alterius augentur: (*Itauk*
ernacule:) vel etiam agendi habendi-
e aliquid in alieno prædio, ad ſui præ-
i emolumentum. Hic quoque mul-
de pecudum aliarumque rerum le-
itima æſtimatione, ad uſuram caven-
am: deque earundem poſſeſſione &
ura, ne aliis damnum importent, per
ſum ſcilicet alterius agri aut paſcuo-
um illicitum, qui per iuſtum contra-
um ſit licitus: proindeque de aliis le-
itimi contractus pugnantibus; utpote
e contractibus illegitimis iuridico
roceſſu infirmandis; de furto, rapi-
is, & horum maleficiorum variis ſpe-
iebus & pœnis: Summa; Quomodo
ui ſuorum bonorum uſusfructus le-
itime & ſine alterius iniuria conſtare
oſſit: & quomodo damnum alterius
onis illatum reſarciri debeat: denique
uomodo contractus & commercia
erra marique rite exerceantur: Quo-
irca etiam ius nauticum huc pertinet:
Farmauaroff, der Soerecht.

TITVLVS DE HOMICIDIO; QVI omnes iniurias, in famam, corpus vel vitam hominis illatas, continet.

Cæterum, licet commercia vitæ hu-
manæ optimis legibus fuiſſent conſti-
tuta;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

tuta; tamen experientia olim & nu
teſtatur, quam ægre, quam difficult
ſit legibus à multis obtemperatum
Vnde variæ in vita communi conte
tiones, de rebus etiam inimicis, nedu
amplis bonis, locupletibus prædiis, p
trimoniis, hæreditatibus; quæ priſc
ſane temporibus vix ſine ſanguine
diremptæ: Imo ex verbere aut verb
lo, nedum vulnere, infinita mala e
orta, cum plurium etiam nece co
iuncta, animis vindictæ cupiditate fe
ventibus. Quibus malis ut modus
meta aliqua poneretur, titulus de h
micidio conditus eſt: nobis *Wiigſlod*
qui omnes iniurias, famam vel corp
humanum tangentes, complectitu
Itaque etiam hic de verbis iniurioſi
quia ſcilicet hinc ſæpe ad reales illa
iniurias, quæ in ipſo facto conſiſtun
ventum eſſet. Hæc vero lex reliqu
ſui varietate vincit, miro & multipli
iuris proceſſu. Non ſolum itaque h
micidium, ſed etiam vulnera graviora
(puta cæde parũ diſtantia, quæ corp
vel membrũ aliquod perpetuo inutil
redderent,) nunc exſilio, nunc graviu
pro circumſtantiarum varietate, pl
ctebantur. Erant enim etiam quædar
iniuriæ, impunito vel minus punit
homicidio, intra certũ temporis & lo
terminu

rminum (quantum nempe jaculi
l ſagittæ ictu circuari poterat) vin-
candæ.

Homicidium vero involuntarium
t furioſi , certo modo plectendum.
abuit etiam plagium ; habuit αὐτο-
χειρία ſuas leges. Αὐτοχειρία autem hic
uplex: aut mente capti, aut compo-
s mentis. Compotis mentis,aut ne-
ns; aut ſaltem vulnerans, ad dolum
alum alteri cuipiam faciendum; qui
cti vulneris autor falſo accuſaretur.
efinita omnibus his pœna non levis
peritur. Porro homicida, trina
nfeſſione, nempe apud tres colo-
s, ei loco in quo cædes facta eſt
axime vicinos, de proprio ſcelere te-
ri debebat; ante ejuſdem ſolis occa-
m, quo cædem feciſſet. Sin minus;
omicidium nefarium, hoc eſt, nulla
tione expiandum, decernebatur,
iſi vitæ propriæ & bonorum o-
nnium jactura. Hinc tamen certæ
xceptiones; quas videris alibi. Homi-
idii vero compenſatio ad hæredem
gitimum pertinebat: Præterquam
uod ad matrem ſuperſtitem tertia
rs redundaret, patre vel fratre cæſi
iſtentibus hæredibus. Ad tutorem
iam vel curatorem hæredis occiſi, ſi

 pupil-

pupillus eſſet, vel pupillo ſimilis. V
ſi fœmina nupta hæres eſſet; ad eju
dem maritum triens compenſation
pro homicidio factæ redibat, tanquam
ſuſceptę moleſtiæ in illa juris execu
tione honorarium.

Hic præterire nequeo; quod cum
titulus de homicidio late pateat & fu
ſe tractetur, parricidii mentionem nul
lam invenias: Eam procul dubio o
cauſam, quam Lycurgus, Spartanus i
le legislator, reddidit quærenti: Cur
in ſuis Rhetris & inſtitutionibus nul
lam parricidio pœnam ſtatuiſſet? nem
pe, quia nullum eo dementiæ proce
ſurum crederet, ut parricidio ſe inqui
naret. Quod idem reſponſum pro no
ſtris veteribus Nomothetis afferimus
Sed & conviciis ac probris, oration
ligata vel ſecus, coram vel aliter, i
aliquem jactis, graves animadverſione
objectæ: ita etiam ob hæc, cædis i
præſenti, ut loquuntur, commiſſæ cu
pa mitigari potuerit. Denique de cæ
de, à cane, tauro, urſo cicure facta
certæ leges. Quas omnes, ut in præce
dentibus titulis, abrumpimus conſu
to, hanc ſpartam aliis forſan relictur
qui ingenio & Academico otio mag
abundabunt, ut Corporis juris noſtra
tum anatomé ex profeſſo inſtituan

ſicqu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

cque ex diligenti anatome Epitomen
onficiant, ordine aliquo magis logico
omnium oculis ſubjiciendam. Qui
emum ingenuus magis & idoneus
uerit, in hoc ſanè literarum humana-
um genere, ad vitam communem
ſtudiorum fructus, quam vel taber-
nas, vel quid deterius ſequi, vel
alioqui annos juveniles in otium illi-
berale convertere: vel etiam eoſdem
in nudis ſciolorũ oſtentamentis con-
ſumere: alioſque velut ex alto prę ſe de-
ſpicere. Proprium enim eſt fere ejuſ-
modi ingeniorum, faſtum in æquales,
in ſuperiores adulationem exercere,
relicta interim penitiore illa ſapientiæ
moralis cognitione (quod nihil aliud
eſt, quam pro Penelope ancillas am-
plexari) qua ſocietas & vita humana
maxime indiget: quæque ſecundum
divinas literas, ex hiſtoriis, & varia-
rum gentium moribus, inſtitutis, legi-
bus, invicem collatis, potiſſimum hau-
ritur: Nam alioqui hiſtoria quæ etiam
leges & inſtituta gentium complecti-
tur, non eſſet vitæ humanæ magiſtra;
qua laude eximia, apud Cic. 2. de
Orat. ex imitatione Plat. in Cratylo,
apud Herodotum libr. 1, apud Livium
præcipue, & alios, excellere meruit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

CAP. IX.

Monomachiæ leges, & Sacramenti Ethnicorum ritus.

ET conſtitutiones juris Islandorum ſic leviter deguſtaſſe ſat erat. Fuerunt autem præterea alia quædam conſuetudine recepta, quamvis in jus ſcriptum ſive juris codicem non relata: quæ perinde ut jus ſcriptum valebant. Tales ſunt monomachiæ leges, & ſacramenti exhibendi ritus. Monomachiam vel ſingulare certamen inituri, *ſcamma* vel ſpatium quoddam, quod non excederent, poſitis terminis, deſcribebant: idque vel lodice ſeu ſtragulo quodam, pedibus certantium ſubſtrato: Vnde ſi alteruter profligaretur, tribus marcis argenti defæcati ſalutem redimere tenebatur: Qui humum cruore prior tinxiſſet, victus cenſebatur: idque, ut apparet, in certaminibus minus ſeriis, tanquam ludis gladiatoriis: vel deſcribebatur Martius illis campus, facto circo quopiam, ut per cancellos ligneos, aut aliud ſimile: & hi cancelli *Heſleſteinger* dicti ſunt. (Inde etiam Phraſis, *ad haſla audrum voll:* Idem quod, *Bioda aholm*, ad ſingulare certamen provocare.) Id-

circo

circo quia forſan cancellis iſtis primum
corylus, qui *Haſelbaum* & *Haſel-
nuſʒbaum* dicitur Germanis, mate-
ria fuerat. Vt appareat, hanc rem & rei
appellationem ex iis terris acceptam
ubi coryli naſcuntur. Victor autem (in
hoc certamine magis cruento) omniũ
bonorum victi hæres evaſit. Parta ve-
ro victoria, è veſtigio taurus immanis
productus eſt, quem ſi victor unico
ictu non interficeret, victi cognatis
contra victorem agendi jus fuit. Qui-
bus monomachiæ legibus Egillus Scal-
lagrimus noſtras non ſemel vicit; &
in ampliſſimas poſſeſſiones victorum
ſucceſſit. Ea conſuetudo, ut minus
æqua, circa annum 1006 abrogata
eſt. Quin autem duello lites foren-
ſes de prędiis, hæreditatibus, dotibus
nonnũnquam diremptæ: ita, ut bona
controverſa victori cederent, ſine ma-
jore jactura bonorum victi. Idem au-
tem juris, ſive quis ad duellum poſtu-
latus recuſaret; ſive certando vince-
retur. Erat etiam quoddam mirabi-
lius duelli genus: quod in capaciſſimo
vaſe ſuperne clauſo exercitum eſt:
ubi etiam baculus ligneus, cubiti lon-
gitudine, enſis loco fuit: Quo certa-
mine *Thorgiſellus örrabeinius* noſtras
Randidum Scotiæ dirum pugilem ſu-
Hh 3 peravit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

peravit. Vtrobique autem obtinuit ut provocatus, priore loco enſem (vel quod enſis loco erat) vibrando feriret. Etenim hoc ſeculum conflictus non præcipitabat: ſed per vices quaſi manum conſerentes feriebant; ut Saxo vere annotavit. Erant enim præcipue in illa aperta monomachia (quam ſic appello reſpectu ejus, quæ in vaſe concluſo fiebat) galea, clypeo, enſe & haſta inſtructi pugiles. Talis monomachia fuit.

Sacramentum Ethnicorũ hic commemoro, quo veritatem inprimis aſſerebant: vel criminis alicujus ſuſpecti; vel aliquid magni momenti ſine teſtibus aſſerentes, vel fœdere ſociali unus alteri fidem iurantes hoc fere ritu. Ceſpitem oblongum, veluti laminam quandam, humo exciſum, & in fornicis morem ſurgentem, ita ut fines ambo humi affigerentur, de veritate teſtaturus ſubire juſſus eſt: Super quem ſi nullo fulciente non corruit fornix ille ceſpitius, fidem meruit; Sin minus, criminis falſi damnatus eſt. Non ſane illud ſuum ſacramentum Ethnici minore cum religione præſtabant; quam hodie paſſim ſuum jusjurandum Chriſtiani.

Sin eodem ſacramento fœdus erat;

haſtam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

haſtam fornici pro fulcro ſuppoſue-
e, ſub quo etiam confœderandi, duo,
res, pluresve conſiſtentes, cruorem,
nanibus aut aliunde, ferro elicitum,
ına miſcebant: ad mutuam fidem
noc pacto obſignandam. Quare hoc
itu potiſſimum τὸ Συμμαχικὸν
ancitum & juratum eſt; ut ſic Con-
œderati velut quidam Συμμαχικοὶ
πίμαχοι eſſent: ubi id præcipue uni-
cuique incumbebat (præter mutuum
auxilium quo in vita unus alteri de-
vinctus erat) ut uno cæſo, reliqui ſu-
perſtites, ſive unus ille, ſive plures,
τȣ̃ Συμμάχȣ necem quavis ratione
ulciſcerentur: idque elicitus corpore
cruor ſignabat; etiam ſanguinem, ad-
eoque vitam, in mutuam ſalutem vel
ultionem impendenda.

Sed & hunc ritum aliqualis pœnæ, ſubjectionis vel ſatisfactionis loco, uſurpatum reperi; cum peccatum vel offenſa aliqua hoc pacto luenda fuit, ut nempe quis ſub terreum fornicem, aliqua tamen ratione ſuffultum (quia tum ſacramentum nullum ſuberat) ſemel aut iterum ſubiret. Hinc quidam, cui de offenſa hoc pacto ſatisfactum eſt, gloriatus eſt, adverſarium ſuum infra ſues dejectum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Sues enim roſtro tantum, non vertice, humum ſubintrant.

CAP. X.

De mutatione religionis Islandorum.

QVod de priore ſtatu Reipublicæ Islandorum reliquum adhuc videtur, religionis mutationem concernit: quæ in annum Ariſtocratiæ 126, (à primo incolarum ingreſſu ſi numeres) id eſt, annũ Chriſti 1000 incidit: ubi etiam totalem, ut ſic dicam, mutationem intelligo; non particularia certamina & labores, quibus pluſquam 20 annos in Chriſtiana religione indaganda ſudatum eſt.

Olaus Tryggo nomen habuit inter Norvvegiæ Reges quidam; non ſolum Norvvegiæ, ſed totius Europæ Imperio digniſſimus hæres, quicquid alii, ſive per inſcitiam & ignorantiam hiſtoriarum, ſive per invidiam criminentur. Hic cum in exteris, militiæ, non tantum Caſtrenſis, ſed etiam Chriſtianæ, non dicam tyrocinia, ſed magnos profectus feciſſet: videretque tempus jam eſſe, quo ſibi per Regii ſanguinis lineam & ſucceſſionis ordinem, Norvvegiæ regnum adire liceret:

Patria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Patria jam aliquot annis immanis monſtri, *Haquini* Maligni & Divitis, (utrumque enim cognomen habuit) præfectura & tyrannide fœdata, regios animos & audaciam occupandæ Norvvegiæ ſumebat anno Domini 996; Deo Optim. Max. motus tam heroicos gubernante, & in præſentiſſimis *Haquini* iſtius inſidiis, aliisque periculis ſæpius objectis, ad divini Numinis gloriam & multorum ſalutem, ſecundante. Pronepos vero *Haraldi* Pulchricomi, Monarchę Norvvegici, anno Chriſti 932 demortui, ex maribus deſcendens, ille *Olaus* fuit: Qui non tam Regni obtinendi, quod ipſi tamen jure debebatur, cupiditate, quam majoris & auguſtioris rei augendæ ſtudio, Norvvegiam adiit, anno prædicto; ſimulque Monarchiam obtinuit: Cæpitque veteri religioni Ethnicorum extirpandæ totus illico non ſine fructu incumbere: quæ res ab hujus *Olai* patruo magno parum feliciter, circa annum Chriſti 933, aut quartum, (*Haquino* nempe *Adalſtenio*, qui in Anglia religionis Chriſtianæ ſemina imbiberat) tentata, meliores ſucceſſus nunc experta eſt; quamvis non ſine maximis & difficillimis certaminibus, prout ex hujus Herois vita in hiſtoria Norvve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

giç deſcripta cognoſcitur. Hic inquam Norvvegiæ Rex, ſecundum Deum Opt. Max. totalis converſionis autor fuit noſtratibus. Antea vero in particularibus fidei indagandæ certaminibus *Thorvaldus* quidam *Conradi* filius de *Bilia*, Borealis Islandiæ civis, laudabilem operam navavit. Qui poſt longinqui orbis peregrinationem, & fidem ac baptiſma ſacrum in Saxonia Germaniæ ſuſceptum, quendam *Fridericum*, melioris fidei Profeſſorem, ſecum in patriam adducens, religionis Chriſtianæ præco extitit circa annũ 982. In quo propoſito cum *Thorvaldus* minus quam ſperabat, proficeret, vale patriæ & penatibus dicto, exacto quadriennio ſeceſſit, Græcia, Syria aliisque remotiſſimis terris peragratis, Conſtantinopoli feliciter mortuus. Interim tamen inde factum exiſtimamus, ut anno Chriſti 984 ædes ſacræ quibuſdam Islandis in uſu eſſe cœperint.

Cæterum Norvvegus ille Rex *Olaus*, cum jam in Norvvegia negocium fidei ad bonam frugem promoviſſet velletque de Islandia & inſulis vicinis aliquid tale tentare; miſit hujus rei gratia *Stephnerum* quendam ad Islandos, Islandum: Sed irrito conatu. Miſit deinde alium, circa annũ 997, *Thang-*

bran-

andum nomine, Sacerdotem officio,
i quamvis difficulter, apud quoſdam
men nonnihil profecit. Nec deſiſtit
ſanctiſſimo propoſito Rex laudatiſ-
mus: Qui Islandos in Norvvegia
ius ſacro fonte ablutos, tertium in
landiam ablegavit: *Gyſſerum* quen-
m cognomine *Album*: & *Hialtam*
eggi filium, anno Chriſti 1000. Qui
foro magno inſulæ id obtinuerunt
ndem, ut idolorum cultu ſepoſito
religionem Chriſtianam juratum
ſſet: Huic negocio primum annuen-
& favente *Thorgeiro Lioſvvetninga*
oda, illius temporis Nomophylace,
Boreali Islandia oriundo: qui ad
m rem prolixa & efficaci oratione
opulo & magnatibus præivit.

Idem cum præſtantiſſimus hic Nor-
vegiæ Rex, eodem quoque anno, de
ronlandia etiam obtinuiſſet; ut &
nte biennium, de inſulis Farenſibus
ppellatis & Hetlandia; hujuſque rei
m lætos ſucceſſus ante ejuſdem anni
illeſimi autumnum accepiſſet; ma-
nas ac immortales æterno Numini
gère gratias: idque, inquam, ante
lius anni autumnum, quo is poſtea,
elut concredito munere probe de-
unctus, in pugna Gryphisvoldenſi,
dverſus trium potentiſſimorum Bo-
reæ

reæ Principum vires imparatus & m
dica claſſe dimicans, non tamen v
tute, ſed voluntario conſilio vict
cedebat: ut videlicet tertium illum
Principem, Ducem, *Ericum*, *Haqu*
illius Maligni & Apoſtatæ filium,
fide Chriſtiana, ſi vinceret, votum
cientem, Chriſto lucraretur. Ceſſi
autem dixi Regem, non occubuiſſ
Prælio enim navali, natando exceſſi
multiſque poſtea annis, ut ex hiſto
Norvvegica demonſtratur, ſupervi
in exteris, vitam monaſticam a
plexus.

Etiam Islandi fide Chriſtiana hac r
tione imbuti conſilium de religio
Antiſtitibus ineunt: Quique aliis R
gius antea legatus & orator, de fid
initiis autor fuerat, *Gyſſerus Albu*
(Islandiæ Meridionalis civis erat; ut
Collega *Hialta*) exemplo quoque ſ
ad eandem fidem & religionem o
nandam reliquis præluxit. Filiu
enim *Isleifum* ſtudiorum gratia Erfo
dam ablegavit, effecitque ut is in p
triam reverſus Epiſcopatus munere
dignus cenſeretur.

Isleifus itaque hujus dignitatis pr
mus candidatus Romam inviſit, an
1056, perſcriptoque Pontificis mand
to ad Bremenſem Archiepiſcopum

a

eodem in feriis Pentecoſtes ordina-
. Salutavit autem in itinere *Henri-*
n Imperatorem & filium *Conradum*,
quorũ gratiam donato urſo Gron-
dico ſe inſinuavit. Reverſus in pa-
am anno 1057, Cathedram Epiſco-
em in prædio ſuo urbano & avito,
balholltia, in Islandia Meridionali
, fundavit. Cathedræ etiam ſcho-
 aliqualem adjunctam habuiſſe le-
nus, ex qua *Ionas Ogmundus*, *Holen-*
 & *Colerus Vicenſis* in Norvvegia,
ſcopi exierint.
Hic monendum, quod & alibi an-
tavimus, Religionem ſacram apud
mos hujus gentis Epiſcopos ſynce-
rem viguiſſe, quam poſterioribus
nporibus: ubi nempe pontificio fer-
nto magis magiſque infecta eſt: Id
od vel ex ſacerdotum conjugio, ali-
ot Epiſcoporum tempore nequa-
m interdicto, colligimus: Nam &
 Isleifus Scalh. Epiſcopus primus,
orem duxit *Dallam*, *Thorvaldi* de
ſe in Fnioſcadal filiam, ex qua fi-
 tres reliquit: anno 1080 decedens.
Succeſſit *Isleifo* trium filiorũ unus,
 cognominis *Gyſſer*. Hic maximis
mi corporiſq; dotibus prædicatur.
ordam, ubi & pater, bonis literis o-
ã navavit: & plurimas alias terras
vidit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

vidit & urbes. De ipſo *Horaldi* Cru
delis Norvv. Regis celeberrimi ta
judicium fuit: *Gyſſerum* ad tria hæc ſ
tis aptum fuiſſe: ut vel Regem ſeu te
ræ Præfectum, & belli Ducem, & E
cleſiarum Antiſtitem ageret. Mira ſ
ne ipſius autoritas apud novitios Chr
ſtianos in patria, inde apparet, quo
is leges de decimis primus omnium
nullo refragante, per *Marcum Sceg*
filium Nomophylacem, anno 105
ferri curaverit. Is Anno 1081, cum p
ter *Isleifus* nuper deceſſiſſet, ab exte
reverſus, noluit in terram deſcender
multo minus conventus incolaru
frequentare, Epiſcopatum refugien
ſtudio: donec cognoſceret *Guttormu*
quendam in Epiſcopum Scalhold. de
gnatum. Qui deinde in primo con
ventu, quo ſui copiam *Gyſſerus* faci
bat, oblatum munus conſtanter rec
ſavit; ita ut *Gyſerum* ad illud ide
ſuſcipiendum incolæ mox adegerin
Qui jam quadragenarius, Pontifice
Rom. ſalutans, ab eodem ad Mogu
tinum Epiſcopum ordinandus ama
datur, anno 1082. Et anno ſequen
Cathedram adit. Vxorem quoque h
habuit, *Stenunam Thorgrini* filiam

Hujus Epiſcopatus anno 26, id e
Chriſti 1106, in Boreali Islandia pec
lia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ris Epiſcopatus fundatus eſt: Quem rimus geſſit *Ionas Ogmundus*, vir ma- ni nominis, ex meridionali Islandia riundus. Is jactis in ſchola Isleifiana onarum literarum fundamentis, ex- ros inviſit, Romam uſque pene- ans. Deinde cum in aula *Suenonis lfivii* Daniæ regis aliquantiſper vi- ſſet, in patriam reverſus Epiſcopus ſignatur Islandiæ Borealis: Qui ſi- iliter ſalutato Pontifice, in Daniam l. Lundenſem Archiepiſcopum able- tur. *Hiallta* vero nomen fuerat, pro- nciæ cujuſdam Borealis Islandiæ *ialltadal* eponymum. Qui etiam ibi- em prædium urbanum habuit; olim *off*, poſtea *Holas* dictum. Iſtius *Hiall-* relicti filii, novum, Religionis novæ, ntiſtitem & Epiſcopum, prædictum *nam Ogmundum*, adeo cupide am- exi ſunt, ut ad Cathedralis Eccleſiæ ndationem hæredium illud ſuum *ollenſe* libenter impenderent. Fra- um uni *Oxerus* nomen (vel Taurea,) ui antea *Holis* ædem ſacram extrui rarat, tantæ magnitudinis, ut Islan- a parem non habuerit. Lignea hæc it, ut & multæ aliæ: ſed tecto plum- o: Quæ & ignoto caſu conflagraſſe rtur, alia, multo inferioris magnitu- nis, ſubſtituta; Quam hic *Ionas Og-*

mundus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

mundus diruit prioris iſtius amplitudi-
nem novæ ædis reſtauratione affe
ctans. Cujus, Ogmundianæ nempe æ-
dis, veſtigia Cathedra Holenſis etiam-
num retinet; ſubinde à variis, prout
uſus poſtularat, refecta. Saxa vero hi
Epiſcopus in vicino monte verſus Eu
ronotum ſito effodi primus curavit
lateres referentia, tum colore rubeo
tum materia quoque ſectili: Vnde al
tare templi & gradus juxta altare fier
fecit. Vnde etiam ſucceſſu tempori
totum ædis pavimentum conſtratum
eſt. Iuxta templum, occidentem ver
ſus, Gymnaſium extrui juſſit, ubi &
linguæ latinę tyrocinia juventus exer
cuit. Annotarunt enim curioſi anna
lium ſcriptores, templi architectum
Thoroddum nomine, tanti fuiſſe inge
nii & acuminis, ut ex auſcultation
Grammatices, in ſchola templo vici
na pueris inculcatæ, artis præcept
imbiberit. Fertur etiam Epiſcopu
ſcholaſtico cuidam Epiſtolas & Amo
res Ovidii manibus excuſſiſſe; cui iſt
legenti ex improviſo ſupervenerat
Ludimagiſter traditur fuiſſe quidam
Gislaus Finnonis, natione *Gotlandu*
Quæ idcirco annotavi, ut appareat
Islandos noſtros linguæ Latinæ jam
tum fuiſſe ſtudioſos. Ex hac enim
ſchol

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

ſchola Holenſi multi poſteriorum temporum Epiſcopi, & Abbates prodierunt. Hoc *Iona* Epiſcopo dira fames provinciam *Hunavatzthing* Borealis Islandiæ attrivit; ad quam avertendam, votum de Eccleſia *Thingexris* fundanda factum eſt, epiſcopo templi fundamenta deſcribente. Moritur *Ionas ögmundus* anno 1121, in Sanctorum numerum poſt annos demum 80 religionis ſynceritate jam obfuſcata relatus.

Huic ſucceſſit quidam *Cetillus*, anno 1122, ſecundus *Holenſis* Epiſcopus; *Thorlaco Runulfi*, qui tertius *Scalholltenſis* fuit, ſynchronos. Hi conjunctim jus Canonicum, quod *Chriſtinnrett* & *Chriſtivaſaga thatt* vocant, auxerunt; accedente *öſſuri* vel *Aſsueri* Ludenſis in Dania Archiepiſcopi autoritate. *Cetillus* uxorem habuit *Groam*, *Giſſuri* Epiſcopi *Scalholltenſis* thori legitimi filiam. *Thorlaco Runulfi* in Epiſcopatu Scalholltenſi ſubſtitutus eſt *Magnus Einarius*, anno 1134. Huic *Klaingius*, 1152. Qui idem duabus navibus magnis ligneam materiem, unde templum Scalholltenſe ædificaret, advexit, exhibito in templi ſolennitatem 600 convivarum epulo: magnatibus non indonatis dimiſſis. *Klaingium*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

in Epiſcopatu excepit *Thorlacus Thorhalli* filius 1178, ſextus *Scalholltenſis*, cum antea muſis Pariſienſium militaſſet: Cujus militiæ hunc fructum in patriam retulit, ut eo Epiſcopo conjugium ſacerdotum primum damnatum ſit. Succeſſorē habuit *Paulum Ionam*, 1195, ex *Magni* Nudipedis Regis Norvv. ſanguine oriundum. Vixit in aula *VValdemari* Daniæ Regis & *Suerri* Norvv. Regis: ab *Abſolone* Lundenſi Archiepiſcopo ordinatus. Hic contra prædeceſſoris morem & interdictum, conjugii vinculis ſeſe aſtrinxit. Atrium templi Scalholltenſis magnis ſumptibus exſtruxit; mille convivarum epulum ſimul exhibens, apophoretis in primores collatis. A Paulo, inter Scalholltenſes, Ariſtocratia durante, duo Epiſcopi reliqui fuerunt: Magnus 1216, & Sigvardus 1239.

Porro inter Holenſes, *Ketillo* ſuperius commemorato *Biorno Gilſoni* ſucceſſor factus eſt: 1147. Huic *Branderus Sæmundi* filius, quartus nempe inter Holenſes: Qui Papiſticarum ſuperſtitionum doctior, *Ionæ Ogmundi* primi Epiſcopi Holenſis reliquias, in cœmeterio olim conditas, refodi curavit: eique in Sanctorum numerum relato, diem tertium Martii menſis ſacrum

rum dicavit, anno 1201, quo & ipſe *Branderus* è vivis exceſſit.

Secutus eſt *Branderum Gudmundus* cogn. *Bonus*, *Arneri* filius, anno 1203. Hunc *Botolfus* 1239. Illum *Henricus* 1247, apud Holenſes Ariſtocratiæ tempore ultimus. Ad Epiſcopos autem ſpectabat, ut monitum, Legum canonicarum conſtitutio; De conjugii, baptiſmi, funerum ritu Eccleſiaſtico: De voto, decimis, eleemoſynis, & donationibus in uſus ſacros: De templorum & cœmeteriorum prophanatione, Sabbathi violatione. & aliis. Quę quia ex Eccleſiæ Rom. & aliarum hanc ſecutarum canonibus magna ex parte ſumptæ ſunt, nihil novi in iis deſcribendis attulero. Id tamen hic non tacendum ſum ratus; tantam fuiſſe veterum erga Miniſterium reverentiam, ut jus civile & ſæculare, ut vocant, juri divino ſeu eccleſiaſtico (Sic enim jus canonicum indigetabant) cedere voluerint; non ſemel aut iterum; ſed ubique: prout in Comitiis anno 1050 apud nos ſancitum eſſe, alibi quoque retulimus. Quæ reverentia Miniſterii ſi hodie æque vigeret; minus profecto contentionum & ſimultatum haberemus: at viciſſim expreſſiorem Eccleſiæ notam, quæ in illa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Reverentia etiam elucere debet. E
illa vero, quam dixi, jurisdictione Ec
cleſiaſtica evidens eſt, Epiſcopos, pe
nes quos illa fuit, etiam ſua habuiſ
conſiſtoria & forum Eccleſiaſticum
alias quidem in ipſa Cathedra; alia
alibi &c. Nec de mutatione Religioni
Ariſtocratiæ tempore plura.

FINIS.

LECTORI S.

Cum paginæ nonnullæ vacarent, placui ſubjungere Epigrammata quædam Willichii Weſthovii, Cimbri, P. L. de urbibus & oppidis Salandiæ.

SAELANDIA INSVLA.

Sicut apyrotus micat in diademat regis: (ſedet
Annuli ut in medio gemma decor
Sic in Daniaci niteo Sælandia regni
Circo: ſic reliquis partibus anteeo.
Nam quas me ſpatio regiones vincer terræ
Cernis, ego has ſuperans fertilitat premo.

Ferti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

rtilitate pares mihi quæ ſunt, amplior iſtis
Expandens fines terra pateſco meos.
rgo, caput quantum reliquos ſupereminet artus,
Tanto aliis regni tractibus ipſa prior.

I. HAFNIA.

DAniaci cuſtos ſceptri & clariſſima regni (tus eram:
Metropolis, quondam nil niſi por-
uda quidem ſtatio velorum, at tuta: carinas (ſuas.
Huc certus poterat nauta locare
alis erat Venetum ſedes præſtabilis olim! (fuit!
Londinum, virtus Anglica, tale
oſt, ubi commoditas graviori ſorte patebat,
Paulatim vicus cœpit hic eſſe locus.
e tandem atque uſu rerum creſcentibus urbs hæc (die.
Succrevi, & quovis creſco novata
t jam portus adhuc dicor; quo nomine dicar, (va ratis.
Balthica velivolans dum premet ar-
uid vetat, exili fundamine ſurgere vicum,
Quæ tandem urbs celſum tollat ad aſtra caput?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

In armamentarium Regium.

Pyramidum ſcopulos Ægyptia Memphis opacet: (habent:
Mænia ſat laudum nunc Babylonis
Nil aurata queunt mentitæ tecta Dianæ:
Nil Mauſolæi nobilis urna juvat:
Sol nihil eſt Rhodius: Cyri nil regia: quin &
Phidiaci poſthac gloria nulla Iovis.
Subſidat Latii vanus decor amphitheatri: (veni:
Theca huc Dreſdenſis non, operoſa,
Danorum ſuperant Armamentaria Regis (git opus.
Omne quod in mundo nobile ſur-

II. ROSCHILDIA.

FOns Regii cultus (fundaminis anſa) Roëque, (meum.
Rex pariter, nomen compoſuere
Sueno, bifurcatæ Rex à cognomine barbæ
Notus, jus augens municipale dedit.
Templi inſigne decus, ſupremi Antiſtitis aram (menta capit.
Quondam, nunc regũ quod moni-
VVilhelmo cœptum fundari à præſule, præſul (dit.
Perfectum tecti culmine Sueno de-

Poſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Poſt aliis alii me auxere ornatibus amplam
Pontifices, donec plena decore ſteti.
Tum, Latiæ ſtulto me inflante Tyrannidis œſtro,
Ipſa mei caſus triſtis origo fui.
Ex me, urbes, vano defungi diſcite faſtu!
Excelſæ ſorti vaſta ruina comes.

III. HELSINGORA.

HElſingo oppoſitæ Sælandicus angulus oræ, (fero.
Vrbis ego ſpeciem, tectaque, juſque
Arbitra velorum, ſtatio haud vitabilis ulli (çunque fretum.
Anchoræ, in hoc veniet quæ modo
Solus jura negat data Rex ſubiiſſe: ſupra nam (ipſe modum.
Ius hominum eſt, juris dat quibus
Præterea occiduis huc ſive feratur eôis
Fluctib⁹, aut alio gurgite ducta ratis,
Iuſſa meo duplices fundo mox implicat uncos, (ſuas.
Et merces offert heic mihi prima
Tam prælustre urbi decus arx Fridericia gignit!
Altera Danſiaci quippe Corona ſoli.
Ergo alibi fuge quod nolis; heic quære quod optas: (ſtrat aqua.
Quod mihi terra negat ferre, mini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

IV. ORINGBORGVM.

ANtiqua Arx, regum ſedes, quo no-
mine ſignat
Me, ſylvoſa id ei tradidit ora loci.
Falſtria cum ſociæ vicino limine terrę
Quom crebro hoſtili cederet arcta
pedi; (ra Mavors
Atq; hinc Vandalicus Sælandica litto-
Impeteret, quidvis depopulante
manu: (tore caſtrum,
Hoc illi oppoſitum eſt adverſo in lit-
Ne quis ab externo læderet hoſtis
agro. (rit; eſto:
Oppidulum ſi quis me nunc vocitave-
Quondam adeo tenuis non ego ſor-
tis eram. (valli,
Tumque argilloſi me claudebã aggere
Foſſarum arcebant extera quæque
lacus. (pla: patentes
Tunc in honore ſuo res mecũ erat am-
Arcis erant ſpeculæ tunc in honore
ſuo. (Reges
Credibilis fama eſt, celſos tum Danica
Sceptra ac adſiduos heic habuiſſe
lares. (rum & unum,
Id propius notum, VValdmaros, alte-
Hoc regni multos ſe tenuiſſe loco.
Akerius ſedet heic nomen, ſtat conſcia
rerum (ravit opus.
Fama, perenne manet quod prope-
Nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

unc cultu vacuus rupto ruit aggere
murus: (dente,cadat.
Atque utinam Res non, arce ca-

V. RINGSTADIA.

ælandæ in medio nitens *Ringſtadia*
terræ, (negat.
Mutuor ex agris quod maris unda
ec tamen hinc reliquis ego vilior ur-
bibus: harum
Quæq; eſt hoſpitii dedita jure mihi.
uc ſimul acciti properant, mea tecta
frequentant, (ra colens.
Arce ſedens, habitans mœnia, ru-
rætoris vox heic magni ſonat æqua:
reportant (ſuum.
Ius eques hinc, cives agricolæque
rgo Divûm adytis quantum, Sælan-
dia, debes, (ipſa tuæ.
Tantum mî: Aſtrææ ſum domus

VI. CALLVNDBORGVM.

BAlthica, quà mea ſunt, cuſtos ego
littora ſervo, (ſtis agat.
Ne quis ab his prædas finibus ho-
andidus hunc arcem, quanta eſt, *Eſ-
bernus* in uſum
Erexit, fratris nomine, fratris ope.
Mænia tunc etiam celſa vallare corona
Cernere erat civem, ac civica tecta,
meum.

Hęc varii caſus, varii evertere tumult

Belli, ut vix jam ſint rudera nota ſ

per. (*Mart*

Tantum inimica poteſt variabilis al

Non abſq; irati mente volente De

Fida ſat excelſis ſtatio eſt mihi pupp

bus: omni

Illa meos ditat commoditate Lare

Quicquid ad has recto tranſmitt

Cimbria curſu (meun

Terras, in portum ſolvitur omn

Ex hoc longinquis me notior urbib

urbs eſt

Iſto in Balthiaci littore nulla mari

VII. Coagium.

FLuctibus Arctoi ſat bella *Coagi*

ponti (nemu

Alluor: hinc campus ſubjacet, inc

Quæ ſylvæ utilitas, agri emolument

fretique (civis habe

Commoda ſunt, meus hæc omni

Dat glandes & ligna nemus; dat paſcu

campus: (bea

Piſcibus & variis mercibus und

VIII. Nestvedia.

SIve mihi dederit, præter qui labitu

amnis (men ineſ

Neſſa, alio ſive hoc omine no

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

it: de hac voce vocor. Nec, ubi Sæ-
landica cenſes (loco.
Oppida, poſtremo ſum referenda
otam in circuitu nemora, agri, paſ-
cua tangunt, (*Neſſa* rates:
Quæ-per agens medius fert mihi
Neſſa in Balthiaci ſe fundens ilia Nerei
Oſtio arenoſis latipatente viis.
inc ego, quo dives, terræ iſtius oppi-
da, longe
Diſſita, multigeno cætera piſce beo.

IX. Skelfiskora.

Althiaci Nereus ponti Rex ſi qua
locavit (brica.
Fundamenta urbi, hæc illius eſt fa-
inc lateri ſociat, ſinui inde omnem
applicat oram: (tenet.
Atque ſecans mediam brachia tenta
quammigeris illam donis utraque ſa-
ginat (concha jacet.
Parte Deus: plena hinc indeque
nde loco nomẽ Concharum eſt An-
gulus: etſi (bonum.
Iſtic poſtremum ſit modo concha
us enim ex uſu civem formare cari-
nas (Venus.
Concharum docuit nota magiſtra
is longo advectat quæſitas æquore
merces, (nis.
Et peregrina ſuis mutat ubique bo-

X. Sla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

X, Slaglosa.

VT me deſtituit mare, ſic beat opti-
ma tellus: venit.
Res hinc non minus ac inde beata
Si, rota quam ſtridens, plus fert one-
raria puppis; inde minus.
Adde, quod hinc damni plus venit
Ingenioſa igitur ſecuro tramite cives
Dito, & res augens ſervo labore
meas.

XI. Holbeca.

QVa Sælandiaci Danus monimenta
revolvis (unda tibi
Priſca ſoli, haud ego ſum prætere-
Quippe vetuſtatis contendo nomine
multis (habet.
Vrbibus, hujus ager quas regionis
Argumento arx eſt, mihi quæ de colle
propinquo (vat
Imminet, & vix jam ſe ruitura le-
Commoditate ſimul tellure fretoque
petenda (reſque favet.
Non cedo: Tethys eſt æqua, Ce-
Quod mihi nomen ineſt, propter qui
Rivus oberrat
Iuge latebroſa conciliavit aqua.

XII. Cor-

XII. Corsora.

PRimitus ut Chriſti plantari heic vi-
nea cœpit,
Multa ſuperſtitio in relligione fuit:
Vani ſacrorum ritus, ſimulacraque
Divum, (cruces.
Et numero plures cœlum habuere
Omnibus in triviis, omni trabs myſti-
ca portu (Deum.
Legitimo privans ſtabat honore
Hanc quoque Balthiaci Crux ardua
littoris oram (cris.
Servabat, primis adnumeranda ſa-
Inde loco titulus crevit, nomenque re-
fluxit (que tenet.
Municipî quod nunc formaque res-
Forma quidem ut res eſt; atque hæc ut
prædicat illa: (*bonum eſt.*
Quod nequit eſſe altum, ſi mediocre,

XIII. Praestoa.

INſula Presbyteris ego quondam ha-
bitata prophanis, (vocant,
Quos vitæ Monachos de ratione
Nunc urbis gero rem, nunc urbis præ-
beo formam, (ne malam.
Formam ac rem non pro conditio-
Et, quanquam à primo locus hic jam
differat uſu,
Raſorũ ejecto deſide farre patrum:

Ipſa

Ipſa tamen, ſervans antiqui nomini
omen, (vocor
Inſula Presbyterum poſtea ut ant

XIV. SLANGERUPIA.

PLurima ceu variis regionibus oppi
da vici (eram
Principio fuerant, ſic ego pagu
Inde ſuperſtes adhuc pars eſt mihi no
minis una: (que gero
Municipî quanquam jusque decus
Copia ſerpentum quos amnis, terra
palusve (mihi
Heic aluit, pars eſt nominis altr
Quom Nereus procul eſt, propior mih
prodiga tellus: (necat
Hæc alit, ut peperit, quod ferus ill

XV. NICOPIA.

OPpida commendet reliqua arden
laude Vetuſtas, (da facit
Laudatam Novitas me memoran-
Hanc clare profitens ego teſtor nomi
ne: *Si laus*
Eſſe aliquid, fieri pars quoque laudi
erit.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Errata ſic emendentur.

Pag.3.l.10. pro *Riſpenſi* leg. *Ripenſi.*
. l. 1. pro *decuncto* leg. *defuncto.* p.
l. 12. pro *Aquilonali* leg. *Aquilo-*
ri. p. 29. l. 12. pro *deoque* leg. *ideo-*
. p.60.l.15. pro *Sertingus* leg. *Sver-*
gus. p. 61. l.4. pro *accetavit* leg. *ac-*
ptavit. pag. 62. l. 5. pro *Serke* lege
erke. p. 66. l. 2. pro *Romaz* leg. *Ro-*
um. p. 77. l.8. pro *bladi* lege *blandi.*
96. l. 5. pro *Haguinus* leg. *Hagvinus.*
99. l. 6. deeſt Præpoſit. *à.* & leg. *à*
rdinali. p. 110. l. 9. poſt vocem *tan-*
am deeſt vox *pramium.* p. 115. l. 18.
o *ſororem* leg. *uxorem.* p. 120. l. 17.
o *uxorem* leg. *ſororem.* p. 130. l.13.
o *religioſus* lege *religionis.* p.158. l. 4.
o *centeſimus primus,* leg. *nonageſimus*
onus.

Sum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Summa Privilegii.

ILluſtrium & Præpotentum D
Ordinum Fœderatarum Belgiæ Pr
vinciarum decreto cautum eſt Bon
venturæ & Abrahamo Elzeviriis, *Ac*
demiæ Leydenſis Typographis, Ne q
præter illorum aut hæredum voluntate
toto decennio proximo, his in regionib
excudat, aut alibi extra Provincias e
cuſum inferat vendatve, librum hun
cui titulus, De regno Daniæ & Nc
vvegiæ, in ſulisque adjacentibus: jux
ac de Holſatia, Ducatu Sleſvvicen
& finitimis provinciis, tractatus var
Quod ſi quis contempta auctoritate, d
recte vel indirecte, librum hunc, t
tum, vel partem ejus, hoc ſive alio m
do, extra dictum temporis intervallu
typis mandare, vel impreſſum alibi
has oras inferre & vendere præſumpſeri
confiſcatione exemplarium, mulctaq; i
ſuper ſexcentorum florenorum, damn
eſto. uti latius patet in ipſo Privilegi
dato Hagæ in conventu D D. Ordinu
Generalium, XV *Maii,* CIↃ IↃ C XXVI.

G. V. HERTEVELT Vt.

Ad mandatum Præpotentum
D D. Ordinum General. ſi.

I. van Goch.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 5